

bis, ut est percütere pugno non sit offensio: quo casu si ex ueteri causa hoc factum appareret, treuga diceretur penes me rupta, licet pugno leui in cautione pratoria.

Sed ex quo in casu nostro constat ex noua causa, & prouocatus Mæuius mentitam cum pugno dedit, non dicitur treuga rupta, per supradicta, & per reg. quicquid calore iracundiæ, de reg. iur. Clar. dict. §. fin. quæstio. 60. uersic. est etiam, Boer. decisio. 168. Grammat. uoto 19. numero 14. Marsil. pract. §. quoniam, numero 14. & seq. Abb. in cap. si rixanti, extra de iniur. Hercul. d. tract. de caut. de non offend. cap. 27. numero 18. ubi loquitur in milite.

263 Et quando ¶ non constat quis ex rixantium fuerit author, ambo sunt absoluendi, ut aliàs dicam ex Bart. in l. cum pater, §. libertis, in fin. de legat. 2. Tiraquel. de pen. temp. caut. 62. Bertazol. consil. 48. numero 7 lib. 1. Vlpell. de pac. respons. 97. numero 7. Menoch. de arbit. cas. 363. numero 17. saltem à pena conuentionali, secus quoad penam facti statutariam, Mascard. d. conclusio. 1162. numero 28. Petr. Caball. Cas. crim. 102. numero 4. 5. 6. & 13. quamuis ex multis coniecturis cognosci potest, quisnam author ipse fuerit, ut si alter erat rixosus, brauosus, potentior, magis armatus, & huiusmodi, ut docet Menoch. de arbit. d. cas. 363. per tot. Mascard. conclusio. 1131. Clar. quæstio. 60. numero 104. & seq.

Et licet ex verbis iniuriosis non constant in processu, ut *Razza di ladro*, nihilominus ex mentita præsupponitur causa præcedens, l. si seruus plurium, §. 1. de leg. 2. Menoch. de arbit. cas. 363. nume. 3. & ex illa mensuratione, per quam ad contentionem uerborum constat deuenisse, præsumitur læsus, qui deinde mentitus est alterum, licet de qualitate læsionis non constaret expresse, vel clare. Nihilominus caue: nam quandoque uindictiui, & inuidi quærunt causam offendendi, & aliqua uerba altercatoria proferunt, ut uideantur prouocati, & ideo Iudex cuncta rimari debet, cap. Iudicem tem. 30. q. 5. uide quæ dixi de test. in 5. par. nu. 1. & sequen. & facit illud Salomonis: causam quæri, qui uult recedere ab amico.

Quæ autem dicatur causa noua, quæ leuis, quæ iusta, & quæ iniusta rixæ, & qualiter hæc probeantur, uide Mascard. latè in d. conclus. 1131. 1136. 1162. ad quæ te remitto.

264 Et aduerte, quod ¶ fideiussores rei, qui pro pace seruanda fideiusserunt, præferuntur fisco in fructibus bonorum subiectorum fideicommissio, Bertazol. consil. 139. ubi add. vo. 1. & refert Baiar. ad Clar. q. 78. nu. 37. ubi ait, procedere etiam quoad illum, qui promisit præsentare reum, per Becc. in cons. 57.

265 Tandem nota, quod ¶ si plures dati sunt fideiussores anticipatè, sed diuersis temporibus, ante natam obligationem, eorum principalis uersus futurum creditorem; prioritas, atque posteritas inter eos contra bonam principalem locum non habet, & sic cessat dispositio, cap. qui prior, de reg. iur. in 6. & ratio est, quia attenditur tempus ortæ obligationis inter eorum principalem, & creditorem, cum fideiussio sit accessoria obligationi, cap. accessorium, de reg. iur. & l. centum Capuæ, & l. Iulianus, ff. quod cer. loco.

Item si plures fideiussores soluerint pro eorum principali, quem tandem decoctum, & fallitum declarari fecerunt, & egerunt contra eius bona, si horum vnus negligens fuit, non poterit obtinere postea contra fideiussores, l. si debitor, ff. de ijs, quæ in fraud. cred. ubi Barto. & alij, & add. ad Dyn. d. reg. qui prior. lit. q. Iura enim vigilantibus, & non negligentibus subueniunt, Instit. in proem. nisi ijs plus debito obtinuissent, vel fuissent socij, A. fin. tract. de execut. §. 5. cap. 8. num. 5. & §. 7. cap. 46. uersic. quinto, & cap. 127. ubi adducit Menoch. consil. 46. volum. 1. & dicit, quod negligentia vnus non debet nocere alteri diligenti, si uero essent

in solidum obligati ad inuicem, idem esset, per d. l. si debitor, ff. de pig. act. sed non posset portionem suam petere, sed deberet is negligens admitti ad utendum simul cum alijs commoditate dictorum bonorum. Sed quid si vnus tantum ex pluribus ab vna parte comprehensis offendat partem aduersam, vel vnus ex eis, dico omnes ex latere offendenti teneri diuisione portionum inter eos facta, quâdo omnes in solidum sunt obligati, ut in simili dixi supra, num. 224. & num. 228. & ita firmat Alex. consil. 116. vol. 4. & super hoc Alex. consilio facit Tob. Non. inter conscri. diuerso. tom. 1. consil. 152. nu. 17.

266 Et in hoc proposito ¶ exigendi pœnam pecuniariam à principali, vel à fideiussoribus in practica octo-decim casus minimè spernendos tanquam quotidianos hic inferere uolui fisco, & eius Cameræ exactiorem facilitando.

Primus itaque casus est, quando duo sunt rei in solidum obligati, nam si vnus soluit suam partem consistentem in pondere, vel numero, aut mensura, alter remanet liberatus, l. reos, §. cum tabulis, & in l. 2. ff. de duobus reis, las. in l. creditores, nume. 4. C. de pact. est etiam text. in l. 1. & 2. ubi Castrenf. C. si plur. vna sentent. Octauii. Pedem. decis. 44. nu. 1. Afflict. decis. 215. Soc. consil. 242. circa primum, nu. 9. col. fin. uer. circa secundum, part. 2.

Secundus casus est, quando sunt duo rei in solidum, & tunc si vnus dimidiam soluit absque protestatione ista, quod animus ipsi sit soluere pro sua parte, non est liberatus, imo ne cum dicta quidem protestatione liberatus erit, si minus parte dimidia soluerit, las. in d. l. si creditores, num. 3. uersic. 1. & 2. ubi rationem allegat.

Tertius est casus, quando plures in solidum fideiusserunt, vel obligati sunt, & creditor ab vno partem petit, tunc obligationem diuisit, & soluens partem suam remanet liberatus, nisi per creditorem facta sit protestatio, quod nolit discedere à prima obligatione, per supradicta iura, protestatio tamen non proficit, si non fuit renuntiatum beneficio diuisionis, authen. hoc ita, ubi Barto. C. de duobus reis, Borg. decisio. 16. num. 39. uersic. secus, in 2. part. ubi Rector ita petendo uidetur remittere tempus, & caducitatem, sicut recipiendo, & notat Tiraquel. de retract. conuentio. §. 1. glos. 2. num. 64. uersic. quid autem, per text. l. Aemilius, & ibi glos. restitui post princip. ff. de minor. secus si simpliciter petit. Hinc est etiam, quod Procurator simpliciter petendo, vel agendo, censetur fecisse actum secundum instrumentum procuræ, & eo modo quo in mandatis habet licet non dicat agere, & petere, ut procurator. Nam quando actus duplici modo interpretari potest, intelligitur factus secundum id, quod est permissum. DD. in l. merito, ff. pro soc. Alex. consil. 103. num. 8. vo. 3. & est in electione creditoris petere ab eo, qui inter plures in solidum obligatus est, l. liberum fuit, l. sicut eligendi, & l. si alienam, C. de fideiuss. l. exprimere, & ibi glos. in uerb. electio, C. de duobus reis, Alex. consil. 149. num. 1. vol. 2.

Quartus casus est, quod quando fisco, aut creditor egit contra plures reos, vel fideiussores debendi in solidum, cum protestatione, quod vnica solutio sufficiat, tunc qui soluit liberatur, secus, si non sint in solidum obligati, quia quilibet tenetur tantum pro sua rata, & intellige quod correus liberetur per solutionem à correo soluente in solidum obligato ope exceptionis tantum, non autem ipsorum, d. l. fin. C. de fideiussor. glos. in l. cum alter, in uerb. non competit, C. eod. Alex. d. consil. 149. volum. 2. Alba. consil. 738. numer. 6. vol. 4. Etsi is correus, vel fideiussor non soluit totum, potest creditor quoad residuum agere contra principalem, & alium correum, l. reos principales, C. de fideiussor. Alba. d. consil. 738. & consil. 684. numer. 6. volum. 4. Aret. consil. 33. nu. 2. col. 1. & l. in duobus, §. ubi duo, & ibi Bar. ff. de duob. reis, ubi etiam Pau. Cast. n. 7. & 100.

Quintus casus est, quando sunt duo fratres hæredes patris, & pro debito patris conveniuntur, tunc si stent in communione dicuntur in solidum à iure obligati, & si vnus dimidium soluit absque protestatione quòd pro sua rata soluit, non est liberatus, secus si cum protestatione, l. si plures, ff. de pact. glos. in l. pro hæreditarijs, C. de hæred. act. Ratione solidi vna est obligatio indiuidua, vt dicit glossa in d. l. pro hæreditarijs, & potest confideiussor petere beneficium diuisionis ex eo, quia à lege sunt in solidum obligati, l. reos, ff. de duobus reis, vbi Bart. & in l. cum alter, & ibi glos. C. de fideiussor. §. si plures, Inst. eod. & glos. in d. l. liberum fuit, in verb. iuris ratio, C. eod. Debet tamen diuisionem petens probare confocium esse soluendo Salyc. in l. fideiussor, n. 6. vers. quero an excipies, C. de fideiussor. secus in duobus correis. Salyc. in auth. hoc ita, n. 6. & 7. C. de duobus reis, trad. Bart. in l. inducta, §. vbi duo, ff. eod. Gomez. var. resol. tit. de contract. c. 13. n. 14. vers. tertio limita. & nu. 5. & Boer. decif. 59. nu. 2. & 3. Alex. conf. 32. nu. 12. vol. 4. & Nat. conf. 345. nu. 3. vol. 2.

Sextus casus est, quod si duo vel plures siue rei sint hæredes, & diuisi, quod qui libet pro debito hæreditario representat personam defuncti, & per consequens pro sua rata tantum tenetur, nisi alter effectus sit non soluendo, & creditor non fuisset morosus, quia per diuisionem ipsorum non censetur diuisa obligatio patris sine facto creditoris, d. l. pro hæreditarijs, C. de hæred. act. Bart. in d. auth. hoc ita, nu. 37. C. de duobus reis, & in l. eadem, nu. 6. eod. tit. ad hæc faciunt supra deducta in 5. casu, & Canon. in c. quod meum est, de reg. iuris.

Septimus casus est, quando vnà fratres, vel duo socij simul in Cõmuniõne, vel in societate viuẽtes faciunt debitum commune, vel assumunt in se simul aliquam obligationem satisfaciendam, siue in pondere, vel numero, aut mensura, tunc dicitur vnum debitum, & pro vno debitore tantum obligati censentur, & solutione facta dimidia ab vno absque protestatione non est alter liberatus, nec ipse quoad residuum, idem si cum protestatione, cui creditor assentire noluit, & ita se declarauit, d. l. si plures, ff. de pact. l. si ex toto, §. 1. de legat. 1. & Ias. in l. si creditor es, nu. 3. C. de pact. & vide D. Borg. decif. 11. nu. 28. 29. 30. 31. in 2. part. Osa. se. decif. 150. num. 6. & seq. Ro. Genuæ decif. 46. & 97. item decif. 129. num. 3. & decif. 161. num. 8. Paris. conf. 69. num. 20. & seq. vol. 2.

Octauus casus est, quando debitum non est factum pro causa societatis, vel communis, tunc qui soluit dicitur liberatus pro sua parte, nisi in solidum fuissent plures obligati, & vnus soluisset absque protestatione, quæ si acceptata non esset à creditore, tunc remaneret adhuc fideiussor alterius, qui nec ratam vel nihil soluit donec satisfaceret, qui si efficeretur non soluendo, facta excussione, residuum soluere teneretur, Bart. in d. auth. hoc ita, nu. 37. C. de duobus reis, & in l. 2. §. exijt, ff. eod. tit. & in l. stipulationes, §. Cato, nu. 6. de verb. oblig. D. Borg. decif. 11. nu. 20. & 30. in 2. part. Alexand. conf. 99. nu. 8. vol. 2. conf. 17. nu. 12. & 13. vol. 7.

Nonus casus est, quando pecunia tota peruenit ad manus vnius tantum ex pluribus debitoribus, licet in solidum obligatis, quia nihilominus vnus dicitur debitor, & alter qui non habuit pecuniam, censetur fideiussor, & solutione partis debiti non est remissa obligatio, donec totum soluatur, tex. ad lit. in l. sed Iulianus, vbi Castren. ff. ad Senat. Mæcedon. Bart. in d. §. Cato, num. 6. de verb. oblig. vbi distinguit, & in d. auth. hoc ita, num. 29. C. de duobus reis, in terminis Rota Luca, Magon. decif. 60. D. Borg. d. decif. 11. num. 31. in 2. part. Caphal. conf. 635. num. 3. & 11. vol. 5. Boer. decif. 59. num. 6. & 7. Rim. in iun. conf. 576. num. 18. vol. 5. Surd. conf. 20. num. 27. 28. vol. 1. facit text. & ibi DD. in l. 1. C. si actor se non gessit, & l. cum iussu, ff. de solut. Rota Genuæ decif. 176. num. 7. & 8. & decif. 86. num. 2. & seq.

Decimus casus est, quando sunt duo rei dandi, vel faciendi, in opere, seruitute, & huiusmodi, tunc obligatio indiuidua dicitur, & si vnus pro sui parte adimpleat, non dicitur liberatus respectu rei debite, quæ diuidi non potest, DD. in l. stipulationes non diuiduntur, de verb. oblig. Gomez. var. resol. tit. de iudic. cap. 10. num. 5. & 6.

Vndecimus casus est, quod si vnus ex debitoribus obligatis pro vno debito, aut in solidum, aut non, & soluerit totum, habet regressum pro rata contra alios, l. 1. C. de duobus reis, Barto. in d. auth. hoc ita, num. 7. & Gomez. eo. tit. nu. 3. vbi distinguit c. 12. tom. 2. quod procedit cessa sibi actione à creditore, alias non: quia alter non est ei obligatus, l. in fideiussoribus, & ibi glos. ff. de fideiussor. l. mora, §. si pupillo, ff. de verb. oblig. Aluar. rot. Valasq. decif. 316. Vinc. Franc. decif. 55. nu. 1. & 12. & 14. Ant. Fossa. decif. 191. Soc. consil. 71. vo. 3. tex. in l. cum alter, & ibi glos. C. de fideiussor. Ant. de Fono. de pignor. in 5. par. 3. memb. n. 35. Alba. conf. 738. vol. 4. sub intellige etiam sine actione cessa poterit agere, vt ad inuicem alter alteri obligatus, glos. in auth. de fideiussor. in prin. in ver. fideiussorem, & in l. 1. in ver. iurare, cit. fi. C. de duobus reis, Alex. conf. 41. viliisque subtiliter, nu. 2. ver. nec habet obstare, vol. 5. Bald. in l. per diuersas, num. 37. 38. q. 15. C. manda. Fossan. d. decif. 191.

Duodecimus casus est, quod pro debito hæreditario hæredes representant personam defuncti in solidum, Borg. decif. 29. nu. 18. par. 4. Sed hæres non tenetur, nisi adierit hæreditatem, vel se immiscuerit hæreditati, at si illam acceperit cum beneficio legis, & inuentarij pariter non tenetur, vtra vires hæreditarias, DD. in d. l. si pro hæred. vbi glos. C. de hæred. act. de qua additione cum beneficio legis, & inuentarij, vide Caualecanum de usufruct. num. 76. & sequ. Sed Florentiæ extat lex, per quam hæc cautela huius beneficij nihil prodest hæredibus, quia tenentur totum soluere, si in quindecim dies, non abstinerunt se ab hæreditate, Rubr. 29. lib. 2.

Decimustertius casus est, quia inter plures debitores necessarios comp. tit. beneficium diuisionis ipso iure, secus inter voluntarios (ad cautelam solet renuntiari tali beneficio) Caualecan. in repert. decif. 1. part. 1. in verb. fideiussor promittens, Mar. in rub. de fideiussor. cir. princ. & DD. in d. l. pro hæreditarijs, C. de hæred. act. & vide eundem Caualecan. d. decisio. 11. num. 31. in 2. part. & tex. in l. propter mutuum, ff. de duobus reis, Rota Genuæ d. decif. 176. nu. 8. Ferrer. conf. 129. & consil. 130. vol. 1. & Bar. Cast. & alij in d. l. n. duobus, §. vbi duo, ff. de duobus reis, idem Cast. conf. 331. p. 1. tex. in l. trestuores, ff. de admin. tut. Soc. d. conf. 71. vol. 3. & notandum quod debitor ob delictum ab eo, vel de eius mandato dicitur debitor voluntarius, non autem necessarius, Tiraq. de retr. confang. §. 1. gl. 14. nu. 15. vbi allegat Bal. in conf. 20. quid importent, lib. 2.

Decimusquartus est casus, quod debitor partem debiti soluit, & creditor facit quietantiam simpliciter, die quod intelligitur quietatio facta de parte tantum recepta, Ias. in l. si de certa, nu. 6. C. de transac. Borg. d. decif. 310. Gomez. var. resolut. tit. de delict. c. 1. nu. 88. 89. & seq. vbi infert ad multa.

Decimusquintus casus est, quando plures pro vno obligati sunt in solidum dicitur vnica obligatio, & omnes simul pro vno tantum debitore reputantur per regulam, vbi duo propter vnum, ibi vnum tantum est tex. l. si plures, ff. de pact. & l. si pro donat. Bar. in l. stipulationes, §. Cato, nu. 6. de verb. oblig.

Decimusextus est casus: Nam creditor non cogitur recipere particularem solutionem, nisi quatenus obligatio, & solutio, vel saltem solutio est iam actu diuisa à lege, vel ab homine, l. tutor, §. Lucius, ff. de tutel. Gomez. de contract. cap. 10. nu. 3. vers. nec obstat pulchre, Cabal. Millelo. 264. p. 1. vbi decem limitat. facit Borg.

decif. 8. num. 4. 6. & 12. in 2. par. Surd. decif. 186. nu. 2. Ramin. Sen. conf. 348. nu. 3. vo. 4.

Decimuseptimus casus est, si fiat iactus navis ob tempestatem in mari, centum debebant solui sex personis, quarum merces pro releuanda nauis in mare proiecta fuerunt, vni pro decem, alteri pro viginti, tertio pro triginta, quarto pro trigintaquinque, quinto pro duobus, sexto pro tribus, quae solutiones important in totum illa centum exigenda à magistro nauis, qui non exegit adhuc inter omnes à debitoribus nisi triginta. Tertius vero cui damnum resuscipiendum erat in triginta petijt à magistro nauis, vt sibi triginta soluat, magister dicit, quod sit paratus soluere de pecunijs vsque huc ex actis ad ratam sui crediti, sed tertius respondit volo integram solutionem, postquam alij creditores sunt negligentes, & tu exegisti tantum quantum mihi debes, & dicitur quod magister tenetur dicta triginta tota soluere huic tertio prius petenti, nec debet expectare, vt alij creditores ipsi quoque petant, & hac ratione, quia debitor inuito creditore non potest diuidere creditum, nec creditor inuito debitore, Ias. in l. cum quaedam puella, §. quoties, in princip. ff. de iurisd. omn. iud. Gome. tit. de contract. c. 10. num. 5. At hæc exceptio de iure tertij non operatur effectum hoc in casu tertio in scio, nec constituto de eius voluntate, Bald. in l. 2. ff. de except. rei iudic. Socin. iun. consil. 130. num. 11. part. 3. & per talem solutionem alij creditores non amittunt suum creditum, Gozad. consil. 4. num. 20. facit Afflict. decif. 150. num. 19. Menoch. de arbit. cas. 1: 7. est tex. in l. 1. ff. de priu. cred. Dyn. in reg. qui prior, num. 22. 23. & seq. Bar. in l. pupillus, ff. de ijs, quæ in fraud. credit.

Decimosextus casus etiam quæritur de singulari casu duorum sociorum negotiationis, qui simul cum quibusdam alijs personis fuerant iniqui ob aliquod maleficium, tanquam illius malefici socij, & complices, & vnus ex dictis socijs negotiorum fuit absolutus, alter vero condemnatus, nunquid is condemnatus habet actionem aduersus socium absolutum? & videtur quod non, textus est in l. cum duobus, §. damna, ff. pro socio, Petr. de Vbald. tract. de duobus fratribus, 8. part. numer. 5. & 8. Nam damna ob delictum non veniunt communicanda: quid modo si iste condemnatus fatagit probare socium (licet absolutum) tamen fuisse complicem? dico quod postquam fuit semel absolutus d. finitiue non poterit amplius directe, aut per indirectum molestari, vt supra dixi per textum in l. 3. ff. de prauaricat. & l. 3. §. si tamen plures, ff. de libe. hom. exhib. trad. Gomef. var. resolut. tit. de delict. cap. 26. Farinac. de inquisit. q. 4. vbi omnes allegat. Bruno. à Sole. questio. 17. Bertazo. consil. 129. & consil. 171. v. c. 1. in crim. & in propof. Gomef. d. cap. 1. numer. 88. infert ad multa, vbi ait quando à pluribus delictum committitur, an sententia absolutoria, vel condemnatoria contra vnum noceat, vel prosit alijs, & distinguit, quod in delictis non connexis, absolutio, aut condemnatio vnus non prodest, neque nocet alijs l. si quis, §. fin. cum l. seq. ff. de iurisd. omn. iud. tex. in l. item Mela, ff. ad l. Aquil. & alia iura ibi adducit, secus in delictis non connexis, absolutio, aut condemnatio vnus non prodest, neque nocet alijs, l. si quis, §. fin. cum l. seq. ff. de iurisd. omn. iud. tex. in l. item Mela, ff. ad leg. Aquil. & alia iura ibi adducit, secus in delictis connexis, l. denunciaste, §. fin. ff. de adult. & dat exemplum in delictis carnis, quæ sunt à duobus simul, vt num. 89. vbi omnino vide quia quotidiana, & practica docet, & tandem dicit quod si innocens fuit punitus, nocens non euadit pœnam, vide in proposito infra num. 157. & in proposito damnorum inter socios, quando casu, aut culpa, vel dolo euenit, vide Bertaz. consil. 288. vol. 2. Et sic ex prædictis omnibus habes, quando solutio vnus alterum liberat, vel non liberat, & quando vna pœna confunditur cum altera.

267 † Proxima huic disquisitioni est tractatio saluaguardiæ, quam pro securitate accipit Boer. decifio. 297. num. 6. vers. alias sequeretur, & pro saluoconductu accipitur ab Addit. ad Guid. Pap. decifio. 418. vbi dicit saluumcōductum barbaro vocabulo saluamguardiam appellari; at Io. de Plat. in l. fi. C. de ero. mil. ann. lib. 12. quæ refert & sequitur Pedem. deci. 88. sub nu. 35. accipit saluaguardiam pro custodia; verum D. Menoch. de arbit. iud. cas. 338. videtur assignare differentiam inter saluamguardiam & saluumcōductum. Nam saluumcōductus conceditur, ne quis molesterur à curia, saluaguardia vero datur ne quis à potentioribus molesterur, nec ab alijs, DD. in l. illicitas, §. ne potentiores, cum §. seq. ff. de off. præf. & per Cl. r. q. 47. ver. sed nunquid. Mihi tamen videtur posse assignari nonnullas alias differentias inter saluamguardiam, & saluumcōductum, custodiam, & securitatem. Prima namque 268 & præcipua differentia est, † quia saluaguardia solum à Principe conceditur, at cetera de quibus supra implo rato Iudicis officio concedi possunt, prout iustitia postulat, D. Menoch. d. cas. 338. num. 1. & 2. Secunda differentia est, quoniam forma saluaguardiæ differt à forma custodiæ, & saluumcōductus, vt statim dicam; nam saluaguardia durat perpetuo, Boer. d. decifio. 267. sed cautio, securitas, custodia, & saluumcōductus ad tempus, l. sine præfinitione, ff. de pœnis. Tertia differentia est, quia saluaguardia conceditur nedum pro interesse priuato, sed etiam pro interesse publico, vt in sequentibus exemplis, secus de saluumcōductu, & custodia (generaliter loquendo) d. §. ne potentiores, vbi DD. offic. præf. Exemplum est; pone quod subditus feudatarij Principem Superiorem recognoscentis Principem certum reddiderit de aliqua re ad eundem Principem spectante à feudatario possessa, iste subditus quamuis rem gratam, & vtilem Principi faciat, nihilominus secus est quoad feudatarium suum dominum immediatum, quo casu Princeps ob gratum seruitium, & iustum subditi timorem, solet dare in saluamguardiam subditum Domino suo sub pœna, & pœnis statutis, vt euenit de Vistarino Viquera, qui tamen morte præuenit naturali in Hispania obiit, & premio gaudere nequiuit, & in ijs terminis proprijs, vel similibus saluaguardia accipitur, Bartol. in d. l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. præf. & in l. denunciatus, C. de ijs, quæ ad Eccles. confug. l. metus, ff. quod met. causa. Aliud exemplum de officiali magno, quem ob bene ad ministratam iustitiam viriliter, nulla habita acceptio- 27 ne personarum, persiquuntur potentiores, tunc Princeps iustus, ac Religiosus dat ei saluamguardiam, vt suis fidelibus, Boer. d. decifio. 297. num. 6. 7. & 8. quicquid moderni Romani dicant in tit. de carcer. qu. 29. 269 num. 15. † Quarta differentia est, quia Princeps solet sub saluaguardia recipere obsides, quando agitur de causa status, vt infra dicam, sed nunquam recipit aliquem sub saluumcōductu, solum concedit saluumcōductum, & iste remanet sub tutela iustitiæ ordinariæ. Quinta differentia est, quia cautio de non offendendo in ære, aut in persona recipi potest datur, vt supra dictum est, nu. 243. non sic saluaguardia. Sexta differen- 270 tia est, † nam qui habet onus saluaguardiæ tenetur ad omne periculum, Doctores in cap. ex parte, de appellat. & tenetur etiam exponere se periculo (licet non imminet) & vigilare, quando custodiendus dormit, cap. oportet, 81. distinctio, & Luc. de Pen. C. de lit. & itiner. custo. lib. 12. in rubr. secus in custodia, l. metus, §. 271 quod licet, ff. quod n. et. cau. † quia custos debitan adhibens diligentiam, iuxta solitum excusatur, secundum ea, quæ supra dixi in materia custodis carcerum, num. 114. cum seq. Non enim est obnoxius extraordinariæ diligentiae, sicut ille, qui habet onus saluaguar- 272 diæ, Put. de syndic. in ver. carcer. cap. 3. Et ratio † est, quia custos mercenarius dicitur, & ad eum non pertinet de ouibus, vt in Euang. Io. c. 10. At saluaguardia est sine merce-

mercede & personæ intuitu datur, vt supra in primo exemplo, etiam si oneratus saluaguardia non dederit 3 causam iniuncti oneris. Septima differentia est: quia qui ob priuatam inimicitiam timet ab inimico offendi, & idcirco petit custodiam ne offendatur, illam suis expensis habere debet, Barto. in l. sanctum, nume. 2. ff. de rerum diuisione. vbi etiam de debitore, qui suis expensis alendus est, per glos. in l. fin. in ver. agnoscere, C. de erog. mil. anno. & Alex. ad Barto. limitat, quando debitor habet de suo, idem quando sub custodia, & non in carceribus debitor stare vellet, l. cū saepe, C. de erog. mil. anno. Put. de syndic. in ver. carcer. c. 4. numero 3. non sic saluaguardia. Octaua differentia est, quia custodiam ad instantiam partis iudex concedere solet, siue aduersarius sit potens, siue non, Clar. q. 47. ver. sed

274 pone, † Secus in saluaguardia, quæ non conceditur à Principe, nisi aduersarius sit potentior, d. §. ne potentiores. Vnde si petens saluaguardiam sit potens ad se defendendum, non conceditur. Neuiza. consil. 83. nume. 5. in fin. Nona est differentia, quia custos simplex non tenetur de leuissima culpa, nec de casu fortuito, litem queritur, & in l. qui in mercedem, ff. locat. Put. d. cap. 3. & 4. secus est de eo qui saluaguardiæ curam habet, l. Nauta. & in l. idem ait, §. miratum, ff. Naut. cau. po. stab. & DD. in d. l. item queritur, §. si fullo, ff. locat. Luc. de Pen. d. Rubr. de lit. & itiner. custo. num. 3. nec sufficit exacta diligentia, sed exactissima requiritur, d.

275 l. qui mercedem, cum ibi not. ff. locat. † Quinimo nendum tenetur pro facto suo, vel eius nomine gesto, in arte, vel in persona custodiendi, (sicut tenetur fideiusor de non offendendo) sed etiam tenetur pro facto alieno, Pedemont. decisio. 88. & etiam belluarum, & de omni alia violentia facti, Caroc. de locat. rub. de cas. & pericul. nu. 21. & si quid mali in itinere contigerit, iste tenetur, si præuideri potuit, & nisi prius debita diligentia facta fuerint, Luc. de Pen. in l. quoties, nu. 19. C. de dign. lib. 12. & imputabitur ei culpa si de bono equo non prouiderit, cum per bonam, & rectam vii potuit; idem si de cibo, potuque non venenatis, l. vtrique, in ff. de dam. infec. quas diligentias si non fecerit, erit pœnæ obnoxius, Luc. de Pen. d. rubr. C. de litor. & itiner. custo. col. 2. vers. vnde tenetur, qua de re vix eximetur, etiam probando non culpam, sed custos sic, Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. 1. ff. de edend. Caroc. de locat. tit. de casib. & pericul. nu. 11. & seq. p. 2.

276 † Sed hæc omnia limitantur habere locum, nisi ille, qui est sub saluaguardia causam affectatam periculo dederit, cap. damnum, de reg. iur. facit text. in l. 2. C. de naut. sceno. & in l. qui officij, §. fin. ff. de contrah. emp. quos tex. Caroc. adducit, tit. de cas. & pericul. num. 13. vbi dicit, quod Roma. in sing. 44. vendidit dictas leges Florentiæ octo Ducatis; facit Petr. Sancta. de assecurat. par. 4. & Neuiz. d. consil. 83. nu. 8. ita intelligendus.

278 † Secundo limitatur non teneri de casibus inopinatis, vt de fulgure, & vi ventorum, incendio, & naufragio, argu. l. si ea res, in princ. ff. de act. empt. non sic de incurfu latronum, quando quidem præcauere poterat, & facit illud vulgare:

Buona guardia schina rea ventura.
Add. ad Bertazol. consil. 338. lit. B. vo. 2.

279 † Postremo hæc saluaguardia datur pro defensione iuris, & facti, D. Menoch. d. cas. 338. num. 3. & Plac. in l. saepe, C. de erog. milit. annon. lib. 12. & ibi per alios ab eo adductos. & nendum conceditur pro tuitione personæ, sed & rerum, Bar. in d. l. illicitas, §. ne potetiores, ff. de offic. praef. iuxta distinctionem D. Menoch. d. 280 cas. 338. num. 8. † quia saluaguardia alia est generalis alia specialis; generalis est pro personis & rebus, vt in casu saluaguardiæ datæ Abbatiæ, de qua loquitur Pedemont. decisio. 88. specialis quando certæ personæ expressè datur, vt dicit Neuiz. d. consil. 83. sub num. 12. ver. 7. non obstat.

281 † In saluaguardia vero, quando Princeps aliquem

accipit, non adhibetur causæ cognitio, secus quando hoc onus humeris alterius adijciendum est, cum sit maximum, ac periculosissimum onus, & valde extraordinarium, vt supra diximus. Nam talis qualis adhibetur causæ cognitio, iux. dicta per Franc. Hercul. d. tract. de cautio. de non offendend. cap. 3. num. 8. & 11. fallit quando conscientia Principis est informata, quia stat pro ratione voluntas, §. sed quod principi. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. Item fallit quando periculum esset in mora, Neuiza. d. consil. 83. nu. 12. in fi. vbi etiam limitat non habere locum causæ cognitionem in saluaguardia generali, quæ fit per proclamata, focus in speciali; at si Princeps motu proprio mandat quem sub speciali saluaguardia recipi, non est vltius quarendum, secus si ad preces, † & de vi clausulæ motu proprio, vide D. Menoch. cas. 201. num. 79. & seq. vbi latè, & ille, qui saluaguardia oneratus est, poterit post moram se iustificare, & obrinere reuocationem, vt inquit D. Menoch. d. cas. 338. numer. 10. & 11. qui dicit solere apponi clausulam iustificatiuam videlicet, si senseris te grauatam, compareas, de qua dixi de test. in §. par. nu. 65. Fel. conf. 5. nu. 2. & seq.

283 † De saluaguardia autem rerum, & mercium, ac de custodia castri, cum hæc non pertineant ad materiam nostram, hic superfluum tractare duxi, cum latè à Franc. Hercul. de cautio. & Strac. de mercatur. Berta. zol. consil. 419. & 420. par. 2. & ab alijs hæc materia tractetur in suis locis, vt est videre apud Bar. in ver. custos, & Farinac. de indic. & tortur. q. 37. num. 157. cum seq.

284 † vbi an custodes rerum & castri possint torqueri, & Luc. de Pen. C. de lito. & itiner. custo. lib. 12. & in tit. de Decurio. li. 10. & C. de incol. eo. lib. de qua re stante facultate Brachij Regij non est dubitandum, nihilominus qualitas delicti attendenda est. Demum si videre cupis.

285 † Reliquum est videre de pœna frangentis saluaguardiam, quando non est in ea expressa; & de iure communi, quando frangitur saluaguardia à Principe, seu ab eius locumtenente concessa, tunc pœna est criminis læsæ Maiestatis, l. 1. in princ. vbi Bart. ff. ad l. Iul. Maiesta. Cast. consil. 422. in 6. col. vo. 2. secundum antiqu. in pres. si vero saluaguardia est data à iudice personæ, si frangitur occidendo, tenetur pœna mortis, l. 1. C. ad leg. Cor. de sic. & in l. denunciamus, C. de ijs, qui ad Eccles. confug. si non occidat, distinguitur, an data opera & pensatè frangendo vulnerauit, & tunc eadem pœna, si animum habuit occidendi, de quo dicam in 3. par. & facit ad stat. Mantuæ sub Rubr. de homicid. vbi est §. & intelligantur animum occidendi habuisse si letaliter vulnerauit; aut non data opera vulnerauit, sed in rixa, & tunc mutilatur, si prouocatus aliter eade re potuerit, vel alia pœna arbitraria corporali plecteretur; aut non vulnerauit, sed alio modo iniuria facti saluaguardiam fregit, hoc casu pœna erit pecuniaria, nisi respectu qualitatis personæ offensæ, vel ex statuto aliter suadetur, arg. l. 1. ff. de effract. & expil. & l. hodie, ff. de pœn. §. si quis hominem, & §. si quis alim. cum §. sequ. de pac. tenen. in v. sib. feud. Neuiz. consil. 83. sub nu. 11.

286 † Quando vero saluaguardia data bonis frangitur, tunc pœna est arbitraria, per dicta iura & de hac vi. Gui. Papà d. decisio. 418. & ibi add. ita ferè distinguendo, & Boer. d. dec. 297. n. 6. & 7. & DD. in d. l. denunciamus, vbi Fab. C. de ijs qui ad Eccl. Gug. de Cun. in tract. assecurat. & in l. quæ bona, §. quoniam, ff. de dam. inf. Far. d. qu. 29. Io. Feral. tract. de priuileg. Reg. Franc. priuileg. 16. Cassa. super consuetud. Burgund. rubr. des iustices, vers. aduerte tamen, num. 46. & in Catalog. glo. mundi, par. 1. num. 118. et 195. et Neuizan. allega. consil. 83. vbi an Episcopus possit recipere inferiores sub saluaguardia, et dicit saluaguardiam durare triginta annos, et vsque ad mortem concedentis, nisi aliter expressum sit.

287 † Nunquid autem Iudex noster possit cōcedere saluaguardiam

- Iam francam ex causa duelli; & breuiter dico, quod non, quia licet habeat vices Principis intelligitur in pertinentibus circa iustitiam, & non aliter, circa quam Iudex noster omnia potest, vt late in 1. pat. dixi, de cuius duelli materia late tractauit tempore suo, & disputauit ad partes Baldus in l. ex hoc iure, ff. de iustitia, & iure, Cagnol. in l. fauorabiliore, num. 15. de regul. iur. Nostri autem temporibus duellum est penitus prohibitum, quod singulare certamen appellatur, & non potest concedi, nec ad id consilium dari, nec fieri, nec videri, Concil. Trident. Sess. 25. cap. 19. † vbi appellat vsum duelli detestabilem, fabricante Diabolo introductum, ideoque concedentes omni iurisdictione, vbi fit duellum, priuantur, & qui in duello inter se confligunt, penam perpetuam infamiae, ac confiscationis bonorum incurrunt, & in eo moriens caret Ecclesiastica sepultura, ita ut cum propter honorem mundi olim duellum fieret, hodie propter infamiam fiat, & per consequens qui duellum iniret, perderet corpus, animam, honorem, & omnia, † & spectatores essent excommunicati, & perpetuam maledictionis damnati, sicut consulentes: Et quidem inter Christianos nullo modo, nullam causam licere duellum fieri potest, de quo per Dec. de delict. om. 1. lib. 2. c. 19. num. 4. & D. Ant. a Pet. de potesta. Prin. c. 124. nu. 16. † Quamuis de facto in partibus Sabaudiae anno praeterito audierim, hoc singulare certamen secutum fuisse inter filium Serenissimi Sabaudiae Ducis, & Equitem magnae estimationis Gallum, quamobrem Summus Pontifex hoc ualde aegre ferens monuit, ut in futurum abstinerent, licet causa saltem colorata extiterit, nempe Religionis Christianae tuenda (ut ferunt) & de hoc satis dictum.
- 291 † Restat tandem uidere, cuius expensis pauperes carcerati alendi sunt? & dico, quod si pro causa civili pauper sit carceratus, is qui apprehendi fecit, tenetur ad alimenta tex. est in l. Iudices, & in l. 3. C. de Episc. aud. glo. sing. in uerb. agnoscere, C. de erogat. mili. anno. lib. 12. Bar. in l. sanctum, de rer. diuis. Ias. in l. si uictum, ff. de re iud. Cas. inter conf. crim. diuerso. tit. de captura, nu. 16. idem Ias. in §. in fraudem, nu. 93. de Act. Boer. decis. 303. nu. 10. & Put. de syndic. c. 4. in uer. carcer. ubi ait, posse agi actione iniuriarum si lectus, & alimenta carceratis pauperibus denegentur ab illis, ad quos spectat.
- At si pauper est pro causa criminali incarceratus, tunc debet alimentari de publico, secundum communem sententiam, & communem omnium locorum practicam, quando bona carcerati fuerint publicata, tex. in l. mulier in opus salinarum, ff. de cap. & post. l. reuer. & ibi glof. fin. Nam quando fiscus sentit utile ex publicatione bonorum, utique incommodum sentire debet, l. secundum naturam, de reg. iur. Marf. sing. 263.
- 292 † & publicatio fit, dummodo reus non egeat, dum stat in carceribus, alioquin fiscus negando alimenta dicitur homicida, uel necare ante tempus, l. uel negare, ff. de alim. & cib. legat. & in publicatione bonorum non comprehenduntur alimenta, l. is cui, ubi Barto. ff. 293 eod. † Hinc est, quod si bona bannitorum sint confiscata, quamdiu bannitus uiuit, fiscus illius alimenta non percipit, Nell. de bannit. in 1. part. 2. temp. quaestio. 84. & ita fuisse iudicatum testatur Boss. de bon. publicat. numer. 72. ubi uide, & ratio est, quia damnati retinent ea, quae sunt iuris naturalis, l. in metallum, ff. de ijs, quae pro non script. secundum DD. in l. uictum, ubi Bartolus limitat habere locum in causa civili, aut criminali pecuniaria, uide Peregr. de iur. fis. lib. 5. num. 123. ubi alimentorum ius non transire in fiscum, ait, d. l. is cui, & l. seruis, ff. de alim. leg. Sal. in l. si ademptis, C. de sent. pass. D. Borgn. tract. de usufruct. mul. relicto. nu. 238. post Franc. Marf. decis. 833. p. 1. ubi limitat in alimentis debitis ratione usufructus. Nam usufructus extincto, utique alimentario cessat, & usufructus extinguitur, quando quis est condemnatus ad triremes, uel ad perpetuos carceres, multo magis cum maxima patitur capitis diminutionem, Borg. in d. tract. de usufr. nu. 29. & quando alimenta essent praestanda antequam quis banniretur, aut infamia irrogaretur, postea non sic deberentur, sed ad necessarium tantum, & non uel prius honorifice tradebantur, reducenda essent, Peregr. 294 de iur. fis. lib. 5. tit. 18. num. 72. † Hinc est, quod bonis confiscatis reueratur etiam legitima filijs, & prius est deducenda (deductis debitis) & fiscus satisfacere tenetur, Boss. eodem tit. num. 1. cum mult. sequen. & est communis sententia, nec fiscus potest petere a patre alimenta filij banniti, ex quo de iure naturae sunt debita filijs, Spec. de execut. sent. ver. quid si filius, in fin. Nell. d. tract. de bannit. in 1. part. 2. temp. num. 36. Veruntamen quando quis est bannitus, & eius bona sunt confiscata, non percipit alimenta de consuetudine, 295 alia ratio est in filio banniti, qui non deliquit, & i. deo filius non debet ex facto patris priuari alimentis, l. si quis, C. de inoff. testa. l. sancimus, C. de pen. & quid in crimine laesa Maiestatis, uide Put. de synd. in uerb. fui rogatus, num. 2. & cum legitima sit debita iure naturae, & loco alimentorum habeatur, per statutum tolli non potest, l. iura sanguinis, & ibi Dec. nu. 7. & Add. de reg. iur. Quod si pater in vita alienauerit alia de causa, quam ob delictum, tunc si nihil remanebit filio, patienter ferre debet, licet haec conclusio multas distinctiones recipiat, quae cum ad tractatum nostrum non pertineant, sat est indicare inter alios Caualean. decisio. 7. & 8. ubi late de legitima, & in Add. & in decis. 16. par. 3. 296 ubi an, † & quomodo pater possit prohibere, ne bona alienentur in casu delicti filij, & etiam Marz. tract. de fideicom. q. 47. par. 2.
- Sed quando carceratus est inops, qui nulla bona habuit, sed eius paupertas tantummodo confiscata est, tunc deficientibus elemosynis, debet alimentari de publico, text. formalis est expressus, in d. l. iudices, & in l. 3. C. de Episc. audien. las. in §. si quis in fraudem, num. 23. Instit. de act. & in l. si uictum, num. 2. de re iur. & ibi Apostill. & ratio est, quia sicut Reipublica interest delicta puniri, l. congruit, ff. de off. praef. † ita etiam Reipublicae interest alimenta praestari in carceratis, donec iustitia suam sortiatur effectum, l. eum ratio, ff. de bon. dam. Fiscus autem a paupertate nullum commodum sentit, quia eius commodum burfale dicitur, Boss. de iur. & priuil. fis. ergo cessare debet incommodum, 298 per supradicta, † quamuis fiscus, & Reipublica equi parantur, Aleiat. in l. inter publicam, ver. fiscus, de ver. sig. Io. Plat. in Rub. C. de iur. fis. Et sic resoluitur quaestio an ad Dominum, uel ad Communitatem spectet alere carceratos: & quoniam allegata fuit, l. iudices, C. de Episc. aud. dici posset haec alimenta praestanda a Iudice per illum tex. † & uidetur tenere ultra alios Abb. in repert. in uerb. paupertas, ubi Add. Corset. Sed reuera quod textus non dicit, nec nos dicere debemus, §. consideremus, in auth. de trien. & semiss. cum similib. aggrauatur solum Iudex in iubendo, & mandando, ut carceratis alimenta praebantur ab eis, ad quos de iure, uel de consuetudine spectat; item quando Iudex non est pauper, sed Dei timoratus, debet ipse succurrere de suo pauperibus in carceratis, iuxta Euangel. quod superest date elemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis, Luc. 11. pium est enim, & Sanctum, & meritorium uita aeterna alere pauperes, Matth. cap. 25. Put. de syndic. in d. uer. carcer. cap. 4. nu. 3. Et infans mulieris carceratae pariter publicis expensis alendus est. Gomef. uat. re. 300 sol. de delict. cap. 13. num. 37. col. 2. † Pro quibus expensis communitas potest imponere collectam, si non habet aliunde, unde alere possit carceratos, Bar. & Dd. in l. 4. §. actor. ff. de re iud. sequitur Boss. tit. de Princ. & priuil. eius, nu. 96. & pauperes hoc in casu non debent soluere collectam, Ias. in l. 4. §. 1. num. 21. facit Bal. in l. 301 praes. C. de ser. & aqua. † ubi pauper non tenetur alere pauperem, cum ipse egeat quia ita est ordo charitatis, c. dilecto,

- lecto, extra de præben. Et ex hoc alia soluitur quæstio, an collecta ista debeat imponi super rebus, id est, super æstimo, aut per capita, vel per ora, & capita: Et quod causa pauperum respectu alimentorum respiciat, seu requirat auxilium à communitate, tenent omnes Doctores in l. omnes, & ibi glos. C. de anno. & tribut. lib. 10. Barto. in l. ancimus, §. sed si quis, in fin. C. de lat. liber. toll. qua de causa in multis locis sunt constituta,
- 302 ¶ & erecta loca pia pauperum, præsertim in alma ciuitate Genue, ubi reuera pietas regnat, & in ea præstantissimum officium misericordiæ erectum est, quod pater pauperum dici potest, norma quippe & exemplum mirandum omnibus alijs Prouincijs, tam quoad exuberantiam continuam elemosynarum, quam quoad ordinem, & formam alendi pauperes, quos nõ sinunt vagari per urbem illam quatitandò, nec per Ecclesias impediendo orantes, sed recipiuntur passim amore Dei in locis deputatis, & inibi prouidetur eis de rebus, & alijs necessarijs quoad victum, & vestitum: quiniimo artes traduntur eis, & instruuntur, prout quisque ingenio, & industria pollet.
- 303 ¶ Et quoniam delicta atrociora, (vt plurimum) à sceleratissimis & facinorosissimis patrari solent, ideo in modo, & ordine capturæ talium hominum non est insistendum nimis, quia ordo est, ordinem non seruare contra hos proteruos, vt dixi in 1. par. & frustra est querere, an sint relaxandi. Nam si carcerati nõ essent, omnino carcerari deberent, l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.
- 304 ¶ Præterea licet à præceptis pœnalibus non sit inchoandum iudicium, Boss. d. tit. quomo. proc. per præcept. pœnal. quia contumax est, qui non comparere, vel quia conscientia proprii sceleris remordet, vel quia non audet se ponere in carcere, cum de futuris contingentibus dubitari possit, vel propter potentiam aduersarij, & quandoque propter nimiam iudicis seuitiam, vel aliter, non autem propter contemptum iustitiæ, aut Iudicis, ideo regulariter à præceptis pœnalibus non est inchoandum. Clar. quæstio. 31. vers. item quæro, Brun. consil. 87. nu. 46. Bertazol. consil. 354. vol. 2. Rol. consil. 47. numer. 44. vo. 2. quod maximè procedit, vbi est formanda inquisitio, vt dicunt supradicti Doctores,
- 305 res, tamen ¶ ex causa quandoque iudicium incipit à præceptis pœnalibus, & ex causa multa alia fiunt, quæ alias iniusta apparent. Bald. in l. si quis non dicam, col. 3. in fin. C. de Episc. pulchrè Cachetan. decisio. 88. sub numer. 34. & 35. & sequent. & diuersimodè fiunt hæc præcepta pœnalia, vt dixi num. 189. vel sub pœna confessi, aut conuicti, vel sub pœna pecuniaria, aut alia grauiori corporali, vel aliter, Farinac. de delict. & pœn. quæst. 18. ¶ nec possunt fieri à supremo iudice, vel ab auctoritatem Brachij Regij habente, Boss. eod. tit. nu. 13. Put. de syndic. in ver. restat videre de præceptis, & per Clar. d. q. 31. vbi nisi de ordine Senatus talia præcepta fieri possunt, quibus in locis habetur, quid stante statuto imponente pœnam contumaciæ confessio, & conuictio, vide Nat. consil. 594. vo. 3. Fel. in c. 2. de dol. & 306 quæst. 18. ¶ Per reg. de iur. fisc. lib. 5. nu. 32. ¶ vbi tenet quod quis non potest citari sub pœna confiscationis bonorum, & l. in l. quod iussit, num. 19. de re iud. vbi non potest præcipi, quod quis non recedat è domo sub pœna delicti, quia diceretur delictum de non delicto, quod non potest Iudex ordinarius facere, vt infra dicam, sic tenet Bertazol. consil. 416. numer. 10. & 11. & consil. 417. num. 25. libr. 2. in cr. nisi præcipiatur sub pœna confessi, & conuicti criminis. Verùm hæc omnia cessant in Iudice nostro supremæ auctoritatis propter Brachium Regium, per ea quæ in 1. par. num. 7.
- 308 & alibi passim dicta sunt, ¶ & dispositio l. eos, C. de mod. multæ. qua cauetur ne multæ excedat certam quantitatem de consuetudine non seruatur etiam à Iudicibus ordinarijs, l. in l. ff. si quis iud. non obtép. Roland. consil. 47. numero 33. volum. 2. D. Menoch.
- ca. 280. Boss. tit. de multæ numero octauo.
- 309 ¶ Causa vero procedendi per præcepta pœnalia videntur esse quando delictum est certum, & valde atroc, sed difficilis probationis, & est suspicio vehementer contra certam personam, quæ post delictum latitaret, & quia non potest sumi iudicium à latitante tanquam
- 310 de fuga, ¶ cum latitans fugere non dicatur, Bar. in l. 1. col. 1. C. de adilit. act. & Puteus in ver. carcer. cap. 6. nu. 3. solet citari per præcepta pœnalia, maxime attentæ eius qualitate. Item potest esse quod Iudex scit in conscientia veritatem facti, & tamen non inueniuntur testimonia, quæ deponere in iudicio velint, vel testes timeant deponere, nisi prius is, qui deliquit, valde potens sit carceratus, & vt delictum non remaneat impunitum, fiunt præcepta comminantiæ magnam pœnam, si vocatus comparere nolit, aut quia aliquando sic prudenti Iudici placuit ex aliqua causa non formare inquisitionem contra vnum (quando à pluribus delictum factum arguitur), ne complices, vel alij suspecti fugiant, aut instruantur videntes inquisitionem contra socium formatam; item, quando tractaretur de pluribus delictis grauib. ad cautelam fieret præceptum de comparando sub leuiori pœna, quia videns tenerem inquisitionis forte renueret comparere, quandoquidem iuxta qualitatem pœnæ nimis grauis timorem
- 311 incuteret, ¶ quas quidem considerationes habere solent Iudices valde practici, & supremæ auctoritatis tatum, qui iuxta casus, & facti contingentiam consilium (vt dicitur) sumunt in arena tanquam copiosi partitorum, seu remediorum, exemplo prudentis Medici, qui modo vnum, modo aliud remedium adhibet, prout qualitas morbi inueterati, & gangrenæ requirit, adhibendo tandem ignem, secundum subiectam materiam, & extremis morbis extrema remedia, dicit Aphotism.
- 312 ¶ Verum in proposito quando testes indicta multæ comparere nollent, tunc possunt multari toties quoties (vt dixi) de test. in 5. par. num. 66. & 177. & post trinam multam testis; si non compareat, arguitur de falso, tanquam subornatus, vel pecunia corruptus, & ad hoc Bar. in l. 1. §. 1. ff. de falsis, cautelam docet, vt formetur inquisitio contra hunc testem de pecunia accepta, pro testimonio adhibendo, qui poterit in contumaciam condemnari, iuxta dispositionem legis Cor. de fals. cuius timore testis postea veniet, Angel. de ma-
- 313 les. in ver. comparent dicti inquisiti, num. 7. ¶ At Iudex Brachij Regij pœnam legis Corneliæ de falsis poterit comminari testi ab initio per præceptum penale, non seruato ordine multæ, nec formata inquisitione, cum possit procedere ordine non seruato, nec seruata forma iuris ordinarij.
- 314 ¶ Postremo Iudex noster poterit saluum conductum dare tam absentibus iam condemnatis, seu bannitis, quam adhuc non bannitis, etiam circa alia delicta, præter delictum, de quo præcipue queritur, vt ab isto se expurgare valeant, vel vt veniant dicere veritatem, tanquam testes, vt delictum & delinquentes detegantur, quod iudices ordinarij (extraordinaria auctoritate non fungentes) minime facere possunt. Nã saluum conductum dare soli Principi cõpetit, Boss. in tit. de citat. nu. 39. per tex. l. relegati, ff. de pœn. Sal. in l. cum indulgētia, C. de sen. pass. dixi de test. in 4. par. nu. 70. cū seq. Clar. §. fi. q. 32. ver. tu scis, & ver. sed hic quæro, Boer. deci. 179. D. Men. de arb. q. 81. Affl. dec. 4. vbi dicit, q. solus Princeps saluum conductum perpetuum facere potest; sed Iudex habens Brachium Regium, saluum conductum facere non potest, nisi ad tempus, & ex causa indagandæ veritatis, ita exigente necessitate pro iustitia, & non aliter, quia saluum conductus, siue in perpetuum, siue ad tempus, qui concedi solet à Principe alia de causa, quæ ob exercendam iustitiam, sapit naturam gratiæ, quæ soli Principi reseruata est, ut pulchrè per Boer. decisio. 297. nu. 7. & 8. & ubi de causa iustitiæ cessat, utiq; cessat

- authoritas Iudicis, cap. cum cessante, de appellat. & sic nota quod in ijs quæ tantummodò Principi reseruata sunt, circa modum procedendi, ita Iudex noster procedere poterit, secus in alijs reseruatis, vt condere leges, facere gratiam, & huiusmodi quæ fiunt circa nomen Iudicis, vt supra in 1. par. numero 16. & 25. & passim in 3. par.
- 316 † Et de frangente saluum conductum, vide Boer. d. decisio. 279. Menoch. cas. 337. Farinac. de carcer. quæstio. 29. vbi diffusè loquitur, Nell. d. tract. de bannit. 2. par. 2. temp. quæstio. 15. & alios quam plures alleg. Baiard. ad Clar. quæstio. 32. numero 17. vsque ad numero 41. & Cartar. de execut. sent. capt. bannit. cap. fin. numero 316. Put. de syndic. in verb. saluus conductus, † vbi dicit, quod habens saluum conductum, si capiatur debet reponi in pristinam libertatem, etiam si illum habuerit à Iudice non habente potestatem concedendi saluum conductum, † & hoc propter fidem publicam, de qua Valer. Max. lib. 6. cap. 6. ait, fidei publicæ imagine ante oculos posita, venerabile fidei numen dexteram suam, certissimum salutis humanæ pignus ostentat, sub qua nemo decipi debet, l. 1. C. de ijs, qui veniam a. impetr. Dec. & Cagnol. in l. in ea est natura, de reg. iur. Franc. decisio. 258. numero 1. vol. 2. Farinac. d. quæstio. 29. numero 5. & 95. & si data est facultas Bannito veniendi & recedendi causa pacis fienda, non intelligitur pro vna vice tantum. Dec. consil. 562. At si quis in contumacia condemnatus fuerit cum reseruatione, vtputa vnus mensis ad se defendendum, pendente hoc termino si captus fuerit, bene captus erit, quia ille terminus datus non est ad effectum, vt se constituat, sed ad effectum, vt se defendat, argumen. eius quod dicit Bart. in l. consentaneum, C. quomodo, & quando Iudex, pulchrè Boss. tit. de capt. numero 10. hoc procedere ait non obstante dispositione, l. siue pars, C. de dilat. & quotidie ij ducuntur ad carcerem pendente hoc termino, quia curia non est tuta, vt ille se constituat, & in simili de termino dato ad respondendum inquisitioni, loquitur Clar. quæst. 31. ver. vltimo quæro. Contumax vere dicitur ille, qui vt statuti, vel fidei iussionis non comparuit citatus legitime, vt sub num. 225. ver. & postquam, par. 5. tex. in l. Senatus, §. quod si tribus, ff. de iur. fise. Strac. de mercat. de Deco. p. 1. vlt. par. numero 29. Sed etiam contumax diceretur si bis tantum citatus sit, vt de stilo. Curiarum, Vant. de nullit. ex defect. citat. numero 75. ver. Diximus etiam: per tex. l. minime, de leg. & Florentiæ extat Decretum in Cancellaria DD. Octo de Balia contra Delinquentes ad solam delationem citatos bis, & non comparentes torqueri poterunt, edit. Anno 1551. 15. Decembris, quod declaratum fuit Anno 1559. 7. Septembris, vt Contumax bis teneatur suam probare innocentiam, Farinac. de inquisit. quæstio. 11. numero 100. cum sequ. Et in summa ex quo saluus conductus est stricti iuris, vt firmant supradicti
- 319 Doctores, & tantum valet quantum sonat. † cautela est, vt omnes vires saluus conductus extensæ expriman- tur, ac scriptæ sint in diplomate, videlicet qua de causa, per quantum tempus, vbi, & ijs similia, nam abundans cautela non nocet, & saluus conductus omninò seruandus est, nec vllò modo violandus, quia licet expediat puniri malefactores, tamen non via iniqua, &
- 320 iniusta, † quoniam non sunt facienda mala, vt eueniant bona. 22. quæstio. 2. primum, cap. non sunt, 23. quæstio. 4. Damaf. reg. 107. & in hoc proposito vide Decian. de delict. tom. 1. lib. 2. cap. 19. vbi tractat, an delictum minus permittendum sit, vt delictum maius euitetur, & plura iura adducit.
- 321 † Sed in duobus tantum casibus fidem frangere liceret: Primò quando qui habet saluum conductum, promisit dicere veritatem, & seriem facti extraiudicialiter narrare, & propter hoc fuit ei saluus conductus concessus, & postea coram Iudice negauit veritatem;
- nam hoc casu frangenti fidem, fides frangatur eidem, 322 l. cum in proponas, C. de pact. † Secundo casu quando iste veniendo, vel redeundo non leuiter deliquit, nec ad necessariam defensionem, vt per Iodoc. pract. crimin. cap. 26. num. 7. Franc. d. decisio. 258. refert, & sequitur Baiard. ad Clar. d. quæst. 32. num. 35.
- 323 † Et pro complemento huius secundæ partis quæro, an reus (vbi appellari potest ab iniusta carceratione) post decem dies de iure communi datos ad appellandum, vel post terminum à statuto præstitutum admittatur semper, & quodocumque, & breuiter dico, quod sic, quando quidem grauamen hoc est continuum & successiuum; nam carcer coarctet, & est mala mansio, vt dixi in hac par. num. 12. cum seq. Specul. in tit. de appellat. §. nunc restat, vers. sed quid dices de hac detentione reali, ideoque tempus non currit, & quamuis à præcepto de captura non appellatur, tamen à diutina carceratione appellari potest, cum sit species pænæ, l. qui diutino, ff. de pæn. & carcer detur ad custodiam, non autem ad pæniam, l. 1. & l. de ijs, C. de custod. reo. l. aut damnus, §. solent, ff. de pæn. Bald. in l. 2. C. de Episc. aud. Mars. pract. §. attingam, nu. 19. §. expedita, nu. 73. Iaf. in l. ait Prætor. §. si aliquando, num. 9. ff. de nou. oper. nün. Guid. Pap. decis. 236. An autem à tortura appellari possit dicam in seq. p. 3. & an à captura videtur quod sic, Bart. & alij in l. 1. C. de ferijs, Felyn. in cap. significauerunt, de iudic. Anch. conf. 332. & die feriata in honorem Dei, vt per Bart. & alios vbi supra, & pendente appell. non excarceratur, Bald. l. 2. C. de Episc. aud. Lancell. de attentat. p. 2. cap. 12. ampl. 4. nu. 21. Marant. de ord. in 3. p. 6. act. 2. num. 178.
- 324 † Sed quæro an pendente appellatione carceratus debeat stare in carcere Iudicis à quo, vel Iudicis ad quem? & videtur quod debet stare in carcere iudicis ad quem, eò quia carceratio est de processu, Boss. in tit. de captura, num. 83. Put. in d. ver. carcer. cap. 7. nu. 2. sed dico capturam idè de processu esse, ex quo pro citatione habeatur reali, Bald. in l. senatus, num. 7. C. qui accus. non poss. Farinac. d. tit. quæst. 27. num. 150. Betazol. conf. 465. num. 47. libr. 2. & virtute appellationis interpositæ appellans constituitur in potestate, & protectione Iudicis ad quem, & est exemptus à iurisdictione Iudicis à quo, cap. ad audientiam, extra de appellat. & Guid. Pap. decis. 436. num. 1. Lancellor. de attentat. in 2. par. cap. 12. 10. limit. num. 8. & in præfat. nu. 208. cum seq. vbi in captura litis pendentiam inducat, quæ opinio vera est, & seruatur quando iudici ad quem occurrit petere carceratum in fortijs suis pro examinando, vel aliter, vt per eundem Guid. Pap. decis. 237. num. 2. & ibi addit. alioquin constitudo obseruat carceratum morari in carcere Iudicis à quo, donec cognoscatur quid iuris. Carceratus verò pro expensis & custodia retineri potest, licet fuerit absolutus, Clar. & ibi Add. quæst. 62. secus pro mercede Aduocatorum & Procuratorum. Nam inducta ad liberandi finem, non debent contrarium operari, Doc. in l. fi. C. commo. l. fi non fortem, §. si centum, ff. de cond. indeb. Boer. Decif. 15. num. 2. & 3. l. legata inutiliter, de leg. 1. Car. in cl. 1. §. 1. de præben. & res agi debet eiuiliter, quo casu iudicium à captura incipi non debet, nisi contra suspectum, Borg. decis. 1. nu. 34. p. 1. Vezin. eo. op. diuerso. tom. 2. lib. 4. tit. de act. cap. 2. in fin. sed in hoc quo ad Detentionem pro expensis Consuetudo vbi que seruat, quod retineri possit licet ius retentionis custodi non competat, l. fin. C. commo. Iaf. in l. fi non fortem, §. si centum, de cond. indeb. Boer. Decif. 15. nu. 2. & 3. & vi. quæ trad. Caball. cas. crim. Cat. 146. vbi ait quod condemnatus puta ad tritemes, & ad interesse partis non potest retineri in Carcere, donec pars sit satisfacta, quod eo minus conuenit Aduocatis, & procuratoribus pro eorum mercede, & tandem Not. quod Contractus in carcere iuste

iusse detento factus tenet. Alb. in l. qui in Carcerem, ad fi. ff. quod not. caus. sequitur Clar. quaest. 46. ver. ple-runque. Farinac. De carcer. quaest. 35. num. 45.

PARTIS TERTIAE
SUMMARIUM.

- 1 Brachij Regij vires circa torturam.
Tortura materia difficilis, & periculosa.
- 2 Santi Augustini verba ad Iudices quoad torturam.
Exempla quibus innocens ob torturam dixit se nocentem.
- 3 Brachium Regium cur, & quibus de causis, quoad torturam datur.
- 4 Repetitio testium quando facienda, & quando non.
- 5 Reus referens se ad iam per eum dicta, an satisfaciatur in repetitione.
Cautela quando reus pluries examinatur, ne contrarietur.
- 6 Indicia ad torturam, quae sufficientia sunt.
- 7 Tortura in, attenditur principium.
- 8 Tortura super processu informatio quando locus sit.
- 9 Confrontatio quando facienda, & ad quem effectum.
- 10 De delicto ante omnia constare debet.
- 11 Iudex quid considerare debet antequam ad torturam deveniatur.
- 12 Protestationes diuersae in principio torture adhibendae.
- 13 Conuictus, & non confessus, an poena ordinaria sit puniendus, & num. 41.
- 14 Protestatio haec circa praedictum conuicti, quid operetur.
- 15 Appellationes in criminalibus statuta prohibent.
- 16 Practica interrogandi reos, num. 40.
- 17 Reus tortus, & negans, an possit aliquo pacto condemnari.
- 18 Conuictus qui, & quando verò dicitur conuictus.
- 19 Conuictio per confessionem non fit.
Confessione sine indicij non est quiescendum, 266.
Condemnari an possit per unum testem rem.
- 20 Probatio plenissima quae.
Socij criminis, an plene probant.
- 21 Mandatarij duo, si vnus fateatur, alter negat, an mandans dicatur conuictus.
- 22 Probatio plena quae, inf. 269.
- 23 Conuictus quot modis dicitur, & quot modis quis potest conuinci.
- 24 Conuictus, an sit necesse quod etiam fateatur.
- 25 Statutum loquens de confessio, non habet locum in conuictio.
- 26 Conuictus quando est torquendus, quot vicibus torqueri debet, num. 41.
- 27 Iudices supremæ autoritatis, possunt recedere à regulis iuris communis, alij verò non.
- 28 Iudex Brachij Regij terminos ordinarios, quomodo egredi possit.
Omne nimium vitiosum.
- 29 Conscientia est Dux, & Regina omnium actionum.
Totus an quis sufficienter dicatur, statum arbitrio iudicis.
Conuictus, vt fateatur tortus, si sustinet negatiuam, qualiter puniatur.
- 30 Reus qualiter condemnari potest poena arbitraria, sine confessione, & tortura.
- 31 Probatio plusquam semiplena.
- 32 Iudex liberum habes arbitrium, potest eligere illam viam, quae in eius conscientia tutior sibi videtur, num. 50.
Rei facinorosi non sunt relaxandi.
- 33 Delinquentes consuetudinarij carentes pietate pietatem non inueniunt.
Cruelitas, & impietas quando pro pietate habentur.
- 34 Delicta, an cum misericordia sint quaerenda, & tractanda.
- 35 Delinquens consuetudinarius, semper est à consuetudine indiciatus.
- 36 Consuetudo delinquendi est magnum indicium.
Tortura in magnis sceleribus, qualiter adhibenda.
- 36 Testes omnes, an torquendi, vel duo sufficientes.
- 37 Tortura testium est refrananda, sicut eorundem multitudo.
- 38 Protestatio citra praedictum confessi, & conuicti.
Reus super alijs delictis qualiter interrogandus, & torquendus.
- 39 Interrogari in specie quando quis debet.
- 40 Certum quod est non debet in dubium reuocari.
Quaestio cessat in confesso.
Quod per confessionem constat, apparere, imò certum esse dicitur.
- 41 Reus conuictus, & confessus interrogatus an delinquerit, impertinenter dicitur interrogatus.
Iudex fatuus est, qui Reum confessum & conuictum, adhuc dubitatiue illum interrogat, & quam sit praedictum.
- 42 Iudex potest interrogare Reum conuictum & confessum, quoad alios.
Confessus probata deinde innocentia non debet puniri.
- 43 Protestatio citra praedictum Banni, & rei iudicatae.
- 44 Confessus per solam contumaciam audiendus.
- 45 Fiscus habet intentionem fundatam in statuto, in sententia, in banno.
- 46 Bannitus ad nouas defensiones non solet admitti, nisi prius audito statu cause à Principe, & quam sui damnosum hanc practicum non seruari.
- 48 Bannitus quando per Iudicem ad nouas defensiones possit admitti.
- 48 Brachij Regij vis & autoritas, quanta, & qualiter circa torturam exercenda: & de effectibus exinde resultantibus.
Dcus donum intellectus dat Iudicibus timentibus eum.
- 49 Conscientia bona testibus gaudet.
- 50 Conscientia bona communis esse debet, 159.
Conscientia bona Iudicem excusat, supra nu. 32.
- 51 Torturae gradus qui, & quot sunt.
- 52 Tortura quomodo adhibenda leuiter, & quando acriter.
- 53 Iudex in adhibenda torture, quae considerare debeat, num. 100.
- 54 Tortura ad mensuram danda.
- 55 Tortura plena, quae dicitur, quae non.
- 56 Tormentorum species multa, & quae magis in vsu, & quae in desuetudinem abierunt, 57. & seq.
- 57 Tormentum funis est magis in vsu, & tortura funis est regina tormentorum.
- 58 Ferula aut fustigatio pro tormento, contra quos adhibetur.
- 59 Tormentum ignis quomodo infertur.
- 60 Horologium puluerinum esse necessarium in adhibenda torture.
- 61 Tormentum fumis in squassis dandis periculosum.
- 62 Torqueri potest, qui non vult Iudici respondere, & qualiter hoc sit verum, num. 63.
- 63 Practica torquendi eum, qui non vult respondere Iudici.
- 64 Dolosus dicitur, qui renuit respondere Iudici.
- 65 Tacens quando indicium facit contra se.
- 66 Arma de domo rei non sumenda, & quomodo Reg. fallit.
- 67 Turpitudinem suam allegare an liceat.
- 68 Interrogatorijs impertinentibus, quis non cogitur respondere, & num. 72.
- 69 Iurare cum tenetur reus cogi potest, alioquin torqueri potest.
- 70 Iudex liberi arbitrij nequit sine iuramento recipere testes.
- 71 Testis qui super capitulis deposuit, renuens iurare super interrogatorijs, nil probat.
- 72 Respondere quando quis non tenetur.
- 73 Indicia ad torturam sufficientia, 6. & inf. 136.

- 74 Iudex Brachij Regij torqueri an possit absque sufficientibus indicijs.
Iudex Brachij Regij est omnino alligatus conscientie.
- 75 Iudex Brachij Regij potest credere testi, alias non credendo.
Testes inhabiles quando admittuntur.
- 76 Testi condemnato, vel conuicto de falso fides non datur.
Testis qui per torturam falsum dixit, non punitur.
- 77 Arbitrium liberum datum intelligitur quoad personas, & non quoad dicta testium.
Testium multitudo non potest sanare defectus, qui in dicto testium insunt.
- 78 Indiciorum ad torturam multe qualitates.
- 79 Fame indicium.
- 80 Fama facit credere quod forte non est.
Famam negligere est vituperium.
- 81 Nomen malum quodnam indicium facit.
- 82 Argumentum a malo nomine fallax est.
- 83 Papa cur nomen sibi mutat in sua creatione.
- 84 Denominatio facit indicium contra denominatum.
Qui stat videat ne cadat.
- 85 Conuersatio mala indicium facit.
- 86 Conuersatio mala, & bona verba causant dolorem.
- 87 Mendacium quale indicium facit.
- 88 Rubor indicium facit.
- 89 Fuga quando indicium facit.
- 90 Resistentia facta curie quando indicium facit.
- 91 Dictum socij criminis quodnam indicium facit.
- 92 Delinquens solitus qui dicitur.
- 93 Assertio vulnerati quod indicium facit.
- 94 Incertitudo vitiat indicium.
- 95 Inimicitia indicium facit.
Surdus, & mutus, an in testes admittantur.
- 96 Minæ faciunt indicium.
Odium indicat, & infert ad delictum.
- 97 Mala qualitas personæ præstat indicium.
Vagabundus quis dici potest.
Personæ contra quas ius præsumit.
- 98 Blasphemantium finis malus.
- 99 Blasphemie pena quæ olim, & quæ hodie per statuta.
- 100 Confessio extrajudicialis, & num. 227.
Instantia indicium facit.
- 101 Confessio extrajudicialis, an sit punibilis.
- 102 Assertio eius qui primo notificat maleficium, facit præsumptionem contra eum.
Testis quandoque est quis in occultis contra se.
- 103 Taciturnitas vxoris arguit contra illam de homicidio viri.
Repertus iuxta locum delicti facit indicium.
- 104 Sanguinis emissio è cadauere in conspectu alicuius indicium contra eum facit.
- 105 Gladius sanguinolentus, quod indicium facit.
- 106 Inconstantia, trepidatio, pauor, contrarietas, variatio, & huiusmodi indicia faciunt.
- 107 Allocutio secreta indicium facit.
Aggressio, & insultatio nullis dictis verbis indicium faciunt.
Assistentia delicto, quomodo facit indicium.
Præparatio insolita parit suspicionem.
- 108 Contumacia est indicium.
- 109 Iudicia proxima, remota, & necessaria.
- 110 Indicium credibile, seu verisimile, quale sit.
- 111 Indicium a præsumptione differt.
Adminiculum quid sit, & statuit arbitrio Iudicis.
- 112 Argumentum contra aliquem ex quibus constat.
Coniectura quæ sit.
- 113 Tortura an sine indicijs possit irrogari.
- 114 Casus quibus videtur sine indicijs posse ad torturam deueniri, num. 115.
- 115 Torturam semper aliquod indicium præcedere oportet: & in quibus casibus magis irrogatur.
Torqueri qui possunt sine indicijs.
- 116 Tortura quando locum habere debet, & quando non.
- 117 Tortura quando cum solis adminiculis infertur.
- 118 Mandatarius quando quis præsumitur delinquendo.
- 119 Tortura sine indicijs qualiter inferenda.
- 120 Indicium, & discretio pari passu ambulant.
Summum ius summa iniuria.
- 121 Indices crudeles, & improbi.
- 122 Tortus, & confessus sine indicijs, non debet condemnari.
- 123 Torqueri qui non possunt.
- 124 Torqueri personæ aliquæ priuilegiatæ possunt virtute Brachij Regij, vide infra num. 129.
- 125 Tortura senibus, pueris, & infirmis, qualiter inferenda, & quomodo mulieribus prægnantibus.
- 126 Torqueri possunt laborantes febre quartana.
Cæci, surdi, & muti, an torquendi.
- 127 Arbitrium in dubio erga aliquos priuilegiatos extendendum.
- 128 Priuilegiatæ personæ quando possunt torqueri.
- 129 Iudex ante torturam quid habeat considerare, supra numero 52. & 141.
- 130 Tortura a quo prius inchoanda.
- 131 Confessioni patris metu torturæ, an standum sit.
- 132 Mulieres minus torturam timere.
- 133 Tortura non est adhibenda passim pro quolibet indicio.
- 134 Tortura quando repetenda.
- 135 Tortus ab vno Iudice, si est torquendus ab alio ea de causa habetur ratio torturæ primi Iudicis.
- 136 Torturæ ictus finis quot dari possunt.
Torturæ interpolatis vicibus qualiter danda, num. 139.
- 137 Tortus semel, an iterum possit torqueri, quid stante statuto.
Torturam, an liceat diuidere.
- 138 Tortura socijs criminis quomodo irroganda.
Præctica repetendi torturam.
Tortura quando non sit perficienda.
- 139 Iudex Brachij Regij potest excedere modum, & tempus in torquendo.
- 140 Iudex dum reum torquet, quæ considerare debet, supra num. 52. & num. 130. & de cautela ne aliquid mali contingat.
- 141 Torturæ, an quis a seipso subijci possit.
Nemo dominus membrorum suorum.
- 142 Meri imperij, quæ sunt, non conceduntur ex pacto priuatorum.
- 143 Iudex Brachij Regij equiparatur prudenti nauæ.
Ius commune debet minus ledi, quam fieri possit.
- 144 Iudicium quorundam impertinens indagatio, & mens non recta in materia torturæ.
- 145 Iudex cuiuscunque authoritatis, qui excessit valde in torquendo, & tortus moritur in tortura, puniendus est capitaliter.
- 146 Tortus indebitè, an teneatur de iniuria verbo, vel factò illata contra Iudicem.
- 147 Iram continere, maius esse fertur, quam hostes in bello superare.
- 148 Impunitate promissa, & non seruata, an excusetur reus si delinquit contra Iudicem.
Fides etiam hosti seruanda.
Iuramentum super promissione impunitatis, an seruandum.
Iudex ordinarius non potest impunitatem promittere.
- 149 Qui contrahit, vel scit, aut scire præsumitur.
Iudex supremæ authoritatis potest impunitatem promittere, & debet eam seruare.
- 150 Impunitatis promissio parum distat à suggestionem.
- 151 Confessio sub spe impunitatis extorta quando valet.
Veritatem inuestigare quot modis permittitur.
Impunitatis promissio ambigua non est obligatoria.
Sententia contra iniustitiam facientes, Ezech. Proph.
- 152 Confessio spe impunitatis extorta reuocata quid iuris, & an faciat nihilominus indicium.
- 153 Impunitas furi promissa non seruanda.
Salarium an debetur Iudici concessa impunitate à Principe.
- 154 Incantationes, & maleficia, quibus rei in tortura vtuntur,

- 156 Iudex quid facere potest contra incantationes.
- 157 Tortus, & non confessus ob dubium incantationum, an debet aliqua pœna condemnari.
Incantationum indicia.
- 158 Regula ordinaria in materia torture sunt fallaces.
Gladius in manu insipientis periculosus.
Practica bona, & approbata seruanda.
- 159 Iudex iustus tenetur adaptare suam particularem conscientiam, cum conscientia publica.
- 160 Iudex ordinarius excedendo vires, excusatur quandoque si est recta conscientia.
Iudex ordinarius secundum acta, & probata iudicat.
Limitata causa limitatum parit effectum, idem de iurisdictione limitata.
- 161 Brachij Regij auctoritas, et recta conscientia simul quantum vim in torquendo præbent.
- 162 Iudex caveat a torquendo ex abrupto sine aliquo iudicio, & quando non est certus in conscientia.
Tortura in delictis oculis facilius irrogatur.
- 163 Brachium Regium dicitur subordinatio quedam extraordinaria, non tamen penitus iuri contraria.
Brachium Regium carens ratione mortuum dicitur.
Arbitrium liberum regulatur cum iusto, & iustum cum veritate, & conscientia.
- 164 Torturæ an interueniant Aduocatus, & Procurator Fiscales.
Fiscus dicitur subditorum calamitas.
- 165 Tortura in pœnis arbitrarijs, an inferri possit.
- 166 Tortura super delictis leuibus, an inferenda.
- 167 Tortura an testis in causa civili inferenda.
- 168 Mandans qui factus est mandatum, sed illud reuocasse, an huic confessioni cum qualitate standum sit.
Confessio qualificata qualiter acceptanda.
Reuocatio est facti, & qualiter fiat, num. 170.
Mandatarius quando non disgrauiat mandantem.
- 169 Mandatum quibus coniecturis non præsumitur reuocatum.
- 170 Reuocatio qualiter fieri debet.
- 171 Mandans reuocando, an tenetur certiorare eum contra quem mandatum dedit, & quomodo.
- 172 Nihil tam naturale, de reg. iur. qualiter procedit.
Statutum Mantuæ sub Rubr. de mandatoribus interpretatur.
- 173 Mandans qui dicit reuocasse mandatum, sed patrato delicto receptans delinquentes mandatarios est, ac si non reuocasset.
Acceptans illico delinquentem an pari pœna puniendus.
- 174 Mendax in re principali, dicitur mendax in accessorio.
- 175 In dubio semper ad coniecturas recurrendum est.
Mandatum tale præcessisse præsumitur, quale delictum successit.
- 176 Differentia inter mandatum, consilium, & persuasionem.
- 177 Mandans occidi, dicitur ipse homicida.
- 178 Mandans an teneatur de excessu.
- 179 Mandans tenetur de omni, & toto eo quod sequitur ob mandatum.
Vulnera, percussiones, & verbera non dantur ad mensuram.
- 180 Qualitates aggravantes delictum ob factum mandatarij, utique mandantem aggravant.
- 181 Confessio per torturam requirit ratificationem.
Ratificatio confessionis, quando, & qualiter faciendæ, 185. & 192.
- 182 Confessionis due sunt perseverationes.
Perseuerantia alia expressa, alia tacita.
- 183 Confessio in tortura sine indicij, sed perseverata, an valet.
Perseuerare in confessione quando quis dicitur.
- 184 Confessus in tortura, si nolet ratificare, quid agendum.
- 185 Confessio debet esse verisimilis, probabilis, ac concludens.
- 186 Confessio in tortura, & ratificata, an possit reuocari.
- 187 Confessio reuocatur facilius, quando est sine indicij per torturam extorta, quamuis ratificata.
- 188 Confessio sine indicij non valet: amplia pluribus modis, ut ibi.
- 189 Reus quis non debet constitui, legitimis indicij non subsistentibus.
- 190 Delinquentium astutia, & præmeditata falsæ defensiones, & num. 294.
Delinquentes absentes, quibus cautelis vtuntur.
Iudices causarum criminalium caueant a fallacijs, & imposturis delinquentium, ne destruantur processus.
Subornationis causa quando est tractanda.
- 191 Qui timet Deum sapiens erit, & præuidenda præuidebit.
Impij ambulant in circuitu.
Sapientia huius mundi Stultitia apud Deum.
- 192 Ratificatio quandoque in tortura fieri debet.
- 193 Confessio metu torture facta quando dicitur.
Tortura frigore, & fame dicitur fieri.
- 194 Timorem incutere, ubi non decet, malum est.
- 195 Confessio in dubio metu tormentorum indicatur facta.
In dubio sinistra præsumptio contra quos sumitur.
- 196 Hominum quidam feris crudeliores.
- 197 Tortura modica non dicitur tortura.
- 198 Tortus quomodo confessus dici potest non metu torture.
Audaces & feroces, quomodo succumbere possunt in audacia, & in subeunda tortura.
- 199 Pusillanimes facilius pauent, ac terrentur pro minimo.
Territiones quos terrent, & quos non terrent.
- 200 Ratificatio ob quas per sonas necessaria non est.
Confessio vtum spontanea, vel metu torture statuitur arbitrio Iudicis.
- 201 Confessio qualis esse debet, supra num. 185.
- 202 Confessio spontanea differt a confessione voluntaria.
Voluntas licet coacta, tamen voluntas dicitur.
Confessionum quæ fortior, & validior est.
- 203 Confessio reuocari potest, & quæ contra propriam confessionem deduci possunt.
- 204 Practica reuocandi confessionem propriam, num. 206.
Confessio quando reuocari potest.
Quia post sententiam.
Quid si fuerit acceptata.
Quid ex intervallo: quid in teste, num. 209.
Quid post conclusum in causa.
Quid si fuerit geminata.
- 205 Confessionis reuocatio quando non tenet.
Error qualiter probandus, num. 207. 210. 212.
- 206 Confessio de proprio facta, vel de alieno quomodo, & quando reuocari potest, 208.
- 207 Confessionis reuocandæ quæ & quot sunt causæ iustæ, & legitime.
Confessio Rei & Procuratoris est reuocabilis, secus Aduocati.
- 208 Probatio rem aliter se habere quando sufficit, & quando non.
- 209 Confessio quando reuocatur parit suspicionem, ne testes sint subornati.
Testis ex intervallo non potest reuocare suum dictum.
- 210 Error quando allegari debet.
Metus qualis sit vt excuset.
Metus quando tollitur.
Metus qualiter allegandus.
- 211 Metus solus non disgrauiat.
- 212 Confessio per solum metum torture non reuocatur, supra num. 211.
Practica torquendi illum, qui allegat confessionem suam per meum torture emanasse.
Reuocatio confessionis per metum an sufficit, & qualiter in hac re Iudex se gerere debet.
- 213 Confessio quando dubia remanet, & non nitida, an possit Reus condemnari.
- 214 Ignorantia an sit causa sufficiens reuocandæ confessionis.
Ignorantia

- Ignorantia in quibus cadit.
 215 Ignorantia in facto alieno.
 Restitutio ex capite ignorantie quando concedenda.
 216 Oblitio an sit iusta causa reuocandæ confessionis.
 Oblitio in teste est lata culpa.
 217 Fictio optimum locum habet in memoria: quid si quis
 finxit se fatuum.
 Fatuitas quomodo sanatur.
 218 Ira an sit causa legitima reuocandæ confessionis.
 219 Persuasio an excuset, vel tollat confessionem.
 Confessio sub spe impunitatis, an reuocabilis.
 220 Reuocationis effectus.
 Confessio reuocata, dum quaeritur de veritate, non tollitur
 per reuocationem, sed stat in suspensio.
 Confessus reuocando quando non debet audiri.
 221 Statutum Mantua Rubr. de tormentis, circa ratificatio-
 nem interpretatur.
 222 Reuocatio confessionis, quæ est admissibilis, potest à quo-
 libet pro suo interesse deduci.
 Reuocatio confessionis est materia quotidiana.
 223 Practica seruanda à Procuratoribus, & Aduocatis, cir-
 ca reuocationem confessionis reorum.
 Reuocatio simplex non releuat.
 224 Questio iuris non stat in arbitrio rei.
 225 Practica seruanda a reo, quando vult reuocare confessio-
 nem sub quouis pretexto.
 226 In confessione spontanea mitius agitur, quam in confessio-
 ne torture.
 Confessio spontanea in continente reuocanda.
 227 Confessio quamuis reuocata, qualiter, perseverare di-
 citur.
 Confessio extrajudicialiter facit indicium ad torturam,
 si est probata, & negata, secus si reuocata sit ex aliqua
 iusta causa.
 228 Tortus persistens in negatiua debet sæpe examinari.
 Cautela eruendi veritatem à negantibus.
 Cautela qua delinquentes vtuntur in tortura.
 229 Rei torquendi, quomodo sunt ab Aduocatis instruendi,
 ne fateantur delictum.
 230 Reus qui confitetur in tortura, & postea non vult ratifi-
 care, quoties torquendus, vide num. 234.
 Practica seruanda in torquendo reos, qui statim in tortu-
 ra fatentur, & demissi negant toties quoties confessi
 sunt, num. 234.
 231 Confessus qui reuocat confessionem, an torquendus, vel
 aliqua pœna puniendus.
 Confessio iam clara ex quibus sit obumbrata, & non li-
 quida, sed obscura redditur.
 232 Confessione prima reuocata, & deinde iterum tortus con-
 fitetur, an postea licebit iterum reuocare.
 233 Melius est peccare in tempore, quam in sententia.
 234 Reus qui suspensus in tortura statim confitetur, & de-
 missus statim negat, quoties torquendus.
 235 Delicta ob qualitates magis grauantur.
 236 Confessio clerici facta coram Iudice laico, an valet si re-
 uocata est coram suo Iudice.
 Confessioni soli non est standum, sed vterius quaeren-
 dum, supra num. 19.
 237 Iudex debet quaerere veritatem, & non perseveran-
 tiæ.
 Iudex stat in medio sateri & negare, & amplectitur
 quod est verius, & de alijs circumstantijs spectantibus
 ad Iudicem.
 Iudex quas habere qualitates debeat.
 Qualitates laudabiles in Iudice, & quæ prohibentur, &
 requiruntur.
 238 Aduocati & Procuratores veniunt parati coram Iudi-
 ce, idcirco Iudex cautus sit ab improvisa locutione.
 Vota Iudicum, auditorum & aliorum maturè profere-
 nda.
 239 Audentia benigna Iudicum mitigat dolorem, liuorem,
 rancorem & aufert suspicionem.
 Notarij actorum aliqui sunt, qui negligunt perficere pro-
 cessum, & suam culpam in Iudicem retorquent.
 Iudicis cura circa carceratos.
 240 Index caueat ab odio, amore, timore & pretio.
 Index timens Deum omnia rectè agit.
 241 Ius iniquum Statuere, an licet Iudici liberum arbitrium
 habenti.
 Ius iniquum à dominis Statui potest.
 Ius iniquum dominorum quale sit.
 242 Iuris iniquissimi exempla, 243. 244.
 243 Ius iniquum quot modis finitur.
 Potestas absoluta soli Regi seu Principi competit.
 Arbitrium plenum quid sit.
 Iniquum quando a quo præfertur.
 244 Ius iniquum est concedere ad requisitionem partis tor-
 turam.
 245 Iudex Brachij Regij ad euitanda scandala ius iniquum
 exercere potest.
 246 Afflictionem afflicto dare est ius iniquum.
 Cogere inuitum ad accusandum est ius iniquum.
 Cogitatum solum condemnare est iniquum.
 Actor concedere quod reo non permittitur est iniquum.
 247 Errantem, & ignorantem punire est iniquum.
 248 Quis de sua turpitudine interrogari possit.
 Conditio mala quibus inferri possit.
 249 Cogere aliquem docere de conscientia aliena est ini-
 quum.
 250 Nemo premium ex propria malitia consequi debet.
 251 Impunitus delinquens quandoque dimittitur.
 252 Iudex an per solam præsumptionem iudicare possit.
 Sæuitia magna quando culpæ non adscribitur.
 Testes ex abrupto torqueri iniquum est.
 253 Sententia iniqua semper est damnabilis.
 254 Statuta pœnalia an comprehendant forenses.
 Pater quando pro filio, dominus pro seruo, communitas
 pro damno, dato damnari possunt.
 Pœna suos auctores sequitur.
 255 Ius vnus an alteri concedi possit.
 Defensiones auferre iniquum est.
 Defensionem facti prohibere est contra naturam.
 256 Intromissio inter rixantes causa segregandi, si est puni-
 bilis, quid dicendum, & de intellectu legis Ducalis Flo-
 rentiæ 1569.
 257 Iudex liberi arbitrij potest instantiam prorogare.
 258 Torturam inferre in pœnis pecuniarijs est iniquum.
 259 Subrogatus sapit naturam subrogantis.
 In delictis causa & origo semper attenditur qualitas, &
 non accidens.
 260 Pœna quæ de iure communi erat corporalis, si per statu-
 tum effecta sit pecuniaria, nihilominus quoad proceden-
 dum tortura inferri potest.
 Delicti qualitas iudicatur à qualitate pœnæ.
 261 Tortura locum habet in causis mixtis.
 262 In delictis attenditur status personæ.
 263 In delictis priuatis non attenditur mutatio status.
 264 Statutum maiorem pœnam imponens vni quam alteri,
 quomodo intelligitur.
 Forenses vbique, quam disparis conditionis sunt ab in-
 digenis.
 Forenses quomodo malè tractentur in aliena patria.
 265 Qualitas vnus aggrauat alterum.
 266 Delicta respectu loci aggrauant, & quæ sint loca pri-
 uilegiata.
 267 Tortura in causis ciuilibus, an inferenda.
 268 Causa ciuilis magna æquiparatur criminali.
 269 Priuilegiatus qui non potest torqueri, an saltem aliqua
 pœna condemnari debet.
 Probatio plena, quæ dici potest ad condemnandum pœna
 ordinaria.
 Duæ semiplenæ probationes quando coniunguntur ad ple-
 nam probationem fiendam.
 270 Inquisitus quando ex indicijs, & præsumptionibus con-
 demnari potest.
 Iudex habens arbitrium, an possit torquere, vel pœnam
 potius

- potius extraordinariam indicere.
- 271 Index qui non vult torquere, sed condemnare in pœnam extraordinariam, quando, & quibus concurrentibus hoc facere potest.
- 272 In alternatiuis alterum de duobus adimpleri debet.
- 273 Index seuerus, an idcirco suspectus allegari possit: quid de Iudice supremæ authoritatis.
- 274 Index ordinarius, an et quando suspectus potest allegari.
- 275 Index supremæ authoritatis suspectus allegari potest, sed pendente liquidatione suspicionis non impeditur, numero 274.
- Princeps solus cognoscit de causa suspicionis Iudicis supremi.
- Humanum est peccare, Angelicum nunquam peccare, Diabolicum perseuerare.
- 276 Iniuriam legibus facit, qui vult legibus meliorem se uideri. Index habens liberum, & absolutum arbitrium, quando leges seruare, & non seruare tenetur.
- 277 Exculpationis materia difficilis, & quotidiana, distincte, & clarè explicata.
- Exculpatio duplex, implicita, & explicita.
- 278 Exculpatio explicita, & eius effectus, num. seq. 282.
- Offensi taciturnitas quando non exculpat.
- 279 Exculpatio vnius ab alio facta, an alios disgrauat.
- 280 Statutum Genuæ, lib. 1. cap. 8. de quærelantium satisfactione interpretatur.
- 281 Instigator, aut sollicitator non habentes mandatum, an teneantur de calumnia: quid de Advocato, & Procuratore Fiscali.
- Fiscus nec dat, nec recipit expensas.
- 282 Desistentia an exculpat, inf. num. 292.
- 283 Exculpatio quando prodest.
- 284 Exculpatio offensi, in articulo mortis prodest, limita. tribus modis.
- 285 Exculpatio non verisimilis non disgrauat.
- 286 Existens in articulo mortis quando præsumitur dicere veritatem.
- 287 Anima separatio à corpore, quam pœnalis sit. Mortis agonia ex quibus causatur.
- 288 Ecclesia sepulturam omnibus Christianis in dubio non denegat.
- 289 Exculpatio socij criminis, dum suspenditur in furca, an inuat, num. 293.
- 290 Exculpatio offensi inter viuos.
- 291 Exculpatio offensi qui prius inculpauerat quid prodest.
- 292 Accusatori non licet pecuniam accipere pro desistentia.
- 293 Exculpatio socij criminis, qui alterum nominauit in socium criminis, an prodest.
- 294 Delinquentes solent præparare falsas defensiones casu quo capiuntur, & de eorum astutijs, & fallacijs, supra num. 190.
- Sociorum criminis cautela.
- 295 Absentes delinquentes, qua astutia vtuntur, antequam se constituent.
- 296 Exculpatio mandatariorum, quando disgrauat mandantem.
- Exculpato mandatario per torturam, an vtique mandans exculpatus censetur.
- Argumentum de socio criminis ad mandatarios valet.
- 297 Exculpatio sui ipsius, & inculpatio aliorum sibi non prodest, nec alijs nocet.
- 298 Exculpatio propinquorum offensi, an prodest.
- Præsumptio vna quando alteram tollit.
- 299 Exculpatio curatoris pro adulto, an prodest.
- 300 Exculpatio testis qui primo grauauit, & secundo loco contrarium dixit, an prodest.
- 301 Veritas ex quibus causis opprimitur.
- 302 Exculpatio testis facta in articulo mortis.
- 303 Exculpatio testis extrajudicialiter, postquam iudicialiter grauauit, an prodest.
- 304 Vtile per inutile non vitatur.
- Suspicio falsitatis quando pro falsitate habetur.
- Ius fisco acquisitum priuatorum dictis, an tolli possit.
- 305 Exculpatio testis spontanea, ex intervallo facta, an prodest.
- 306 Exculpatio illius, qui est reus quoad se, & testis quoad alios, an prodest, & sibi, & alijs.
- Exculpatio prodest quando cum ea concurrunt coniecturæ, & præsumptiones.
- 307 Assertio Iudicis, an possit disgrauare.
- Exculpatio domini cui res furata est, an disgrauat furem.
- Amicus noster non est qui instra bona tollit.
- 308 Præsumptio pro innocentia rei est validior.
- 309 Statutum excludens omnes exceptiones, non excludit exceptionem innocentie.
- Iudex cognoscens sententiam iniustam, non debet exequi ratione innocentie.
- Innocentia quantum profit, tam in fabricando processum quam post: & admittit non admittenda.
- 310 Inquisitio quando locum non habet.
- Socius non dicitur furtum facere in re, in qua est inita societas.
- Depositanti rem penes aliquem, an licet in scio depositario recipere ex se illam rem.
- Rem suam de manu potentis an liceat auferre.
- Creditor verus, si non potest probare creditum, an possit licite quo quomodo tantum de bonis debitoris accipere ex se, quantum est debitum.
- Excusatio cuiuslibet de populo quando admittitur.
- 311 Exculpatio vxoris ad fauorem adulteri an prodest.
- 312 Iudices omnes suspecti recusari possunt.
- 313 Recusatio fieri potest in qualibet parte Iudicij.
- 314 Excipiuntur Princeps omnes non recognoscentes superiorem.
- 315 Persona quæ recusari possunt.
- 316 An totum collegium censetur recusatum, si duo vel tres de ipso fuerint recusati.
- 317 Etiam Iudices delegati possunt recusari.
- 318 Nec pactum valet, quod Iudex non possit allegari suspectus, iuxta causa superueniente.
- 319 Optimæ qualitates Iudicis haud tollunt suspicionem.
- 320 Cistercienses & Cartusenses in iudicare possunt in causis proprijs.
- 321 Vbi agitur de præiudicio tertij nemo præsumitur bonus.
- 322 Notarij actorij recusari possunt.
- 323 Item executores, qui gramen possunt inferre.
- 324 Iudex recusatus suspectus quando rotatur non debet interesse.
- 325 Recusationes inualidæ quales, & 327.
- 326 Iudices nec Notarij valent recusari, quando de consensu partium sunt electi.
- 327 Recusatio quomodo proponenda, & 331.
- 328 Recusatio sola non requirit causæ cognitionem.
- 329 Recusatio non potest interponi causa iam instructa.
- 330 An Iudex possit allegari suspectus propter motum traditis contra alteram partem.
- 331 A Decreto suspicionis non datur appellatio.
- 332 Iudex allegatus suspectus, quomodo se exonerabit.
- 333 Facta recusatione cum iuramento, Iudicis iurisdictionis suspenditur.
- 334 Procurator ad faciendam recusationem necesse habet speciale mandatum.
- 335 Litis causæ probandæ sunt coram arbitris, Iudice recusato.
- 336 Arbitros eliguntur ab ipsomet Iudice, dissentientibus partibus: qui etiam sententia executioni mandabit.
- 337 De iure Canonico alia forma seruatur.
- 338 In Notarijs actuarijs recusandis sufficit iuramentum præstare.
- 339 Si præcessor Iudex sit allegatus suspectus successor potest iudicare.
- 340 Si causa recusationis non potest expressè allegari aut probari, tunc recurrendum est superiori.
- 341 Quid si Iudex suspectus noluit se abstinere à causa, & 342
- 342 Non sufficit appellatio nisi fuerit prosecuta.
- 343 Quid si aliquis affinis Iudicis sit Advocatus.
- 344 Causa legitimæ recusationis iusta.

HORTENSII CAVALCANI DE BRACHIO REGIO

PARS TERTIA.



Agredior nunc torturæ materiam, in qua ferè tota vis Brachij Regij consistit, rem quidem difficilem, & valdè periculosam in actu practico; † quo circa sunt semper cordi tenenda verba Sancti Augustini lib. 19. de Ciuitate Dei, cap. 6. vbi ait; Quid, cum in sua causa quisque torquetur, & cum quaeritur vtrum sit nocēs, cruciatur, & innocens iuit pro incerto scelere certissimas pœnas; non quia illud commississe detegitur, sed quia non commississe nescitur? Ac per hoc ignorantia Iudicis est plerumque calamitas innocentis, & quod est intolerabilius, quum propterea Iudex torqueat accusatum, ne occidat nesciens innocentem, sit per ignorantiam miseram, & vt tortum, & innocentem occidat, quem ne innocentem occideret, torserat. Si enim secundum istorum sapientiam delegerit ex hac vita fugere, quàm diutiùs illa sustinere tormenta, quòd non commisit, se commississe dicit, & per hoc innocentem, vt sciret torfit, & dum nesciret, occidit: quam sententiam refert Brunor. à Sol. in Elegant. consil. § 1. numero 166. & Cartar. de execut. sent. cap. bannit. § fin. numero 84. Sed prius enarrata à Put. de syndic. in verbo, tortura, il 2. cap. 1. numero 3. † & à Valer. Max. lib. 8. cap. 4. plura exempla traduntur, quibus ob facilem fidem per quaestionem nocens absolutus, & innocēs damnatus fuit, vt de seruo Marci argentarij, qui facinus admisisse falsus est, & supplicio affectus, paruulo tempore interiecto, ille cuius de nece creditum est, redijt, & è contra seruus Alexand. Faniij tortus septies negauit homicidium, & absolutus tandem confessus delictum, penas luit; & multi innocentes pauidi, & debiles confessi sunt, quod non fecerunt, multi feroces negarunt facinora per eos patrata, & Put. in d. versic. tortura, il 2. cap. 1. refert Tull. par. 2. partitionum, hæc dixisse quaestionibus resistendum esse, quod & dolorem fugientes multi in tormentis mentiti sunt, morique maluerunt falsum fatendo, quàm verè inficiando dolere, multi etiam suam vitam neglexerunt, vt eos qui hinc cariores sunt, quàm ipsi sibi essent, liberarent; alij autem, aut natura corporis, aut consuetudine dolendi, aut metu supplicij, ac mortis vim tormentorum pertulerunt, alij ementiti sunt in eos, quos oderunt; hæc ille.

† Qua de re sciendum est, quod Brachij Regij vires respicere solent, aut magnam delicti atrocitatem, & difficultatem probationum, aut sceleratissimorum hominum pessimam qualitatem, de quibus latè supra in 1. par. Et est faciendâ distinctio in practica; aut enim agitur ob difficultatem probationum contra virum, aliàs non solitum delinquere pro atrocissimo delicto, & non seruatur aequè rigor tam extraordinarius, sicut contra homines sceleratissimos, aut proceditur contra hos assassinos, & farinellos ob difficultatem probationum pro delicto graui, vel non tam graui, & semper rigor immensus est seruandus, quoniam contra istos proteruos, consuetudinarios, & incorrigibiles aequitas est esse crudelem, Put. in verb. crudelitas, cap. 1. & infra docebitur num. 33.

Constituto igitur Reo, & diligenter examinato, vt inter alios optimè practicam docet Cartar. in suo tracta. de modo interrog. Reos, per tot. & nouissimè Sigismund. Scaccia. de iud. ciuil. crim. & haret. cap. 86. per tot. præcipuè numero 67. † si Reus negat, tunc fit omninò repetitio testium, quando proceditur (vt paulò ante dictum est) contra hominem non tam facino-

rosam pro grauissimo delicto, non obstante hac Regia facultate, vt firmant Bart. in l. filiusfamil. num. 4. ff. de donatio. Iaf. in §. bonafidei, numero 26. Instit. de act. Marfil. in l. 1. numero 4. ff. de quaestio. Simon. de Præf. consil. 202. numero 7. Bertazol. consil. 94. vbi addit. lit. B. vol. 1. At si proceditur contra assassinos, farinellos, & huiusmodi sceleratissimos, nomine hominis indignos, sed potius ferarum, propter suam inhumanitatem, tunc Iudex Brachij Regij non tenetur repetere testes, si nolint, vt in simili de præeminentia Neapoli scribit Carer. in sua pract. in princ. num. 108. & Grammat. consil. 64. numero 4. & vot. 3. & 30. numero 23. pulchrè Pedemont. decisio. 79. numero 19. versic. præterea dicta præeinentia non habet locum, nisi in latronibus insignibus, & ita trad. Baiar. ad Clar. quaestio. 45. sub numero 34. 35. & 36. Sanè si Iudex noster verisimiliter dubitare posset de subornatione testium, tunc ex causa posset recedere etiam in primo casu à repetitione, & ita procedunt dicta à Dec. consil. 54. colum. 1. & doct. Bart. in Extrauag. ad reprimen. in verb. figura, colum. fin. versic. sed an præ sente parte, & alij, quos Pedemont. pro hac parte adducit d. decis. numero 3. 4. & 19. versic. nec obstat, quia nititur Iudex noster veritate, & potest procedere ordine non seruato reiectis solemnitatibus, & per processum informatiuum, vt supra abundè in 1. par. dixi, facit Put. de syndic. in verb. tortus, cap. 5. numero 4. & in verb. tortura, cap. 6. numero 7. 8. & 9. Marfil. in sua pract. §. expedita, & §. diligenter, numero 176. Sed ad vnum (quæso) vt aduertatur, quod si processus informatiuus Reo fuerit publicatus, cum solito termino ad faciendum defensiones, pendente termino Reus torqueri non potest, non obstante Balia torquendi, data Iudici super processu informatiuo, quoniam Iudex vi amplius non integra propter terminum defensionum datum, non potest ea vt, & pœnitere non licet, l. si quis iniuriadum, versic. satis, C. de rebus cred. & per ea quæ dixi in prima parte, circa Clausulam iustitiam facias, sub numero 195. & 242. & defensionum tantus est fauor, quod illis regulariter renuntari non potest, Afis. pract. §. 3. cap. 6. dixi in prima parte, sub numero 180. 183. & seq. & Iudex per publicationem processus offensiuo videtur elegisse viam ordinariam, per Canon. in cap. significantibus, de offic. deleg. vt numero 242. d. par. 1. At publicato processu testes ad offensam amplius non admittuntur, sic esse deberet ad defensionem, nam Rei perscrutando vadunt quid deposuerint sui testes, & si audiant quod nollent, alios testes nominant, qua de re talis testium nominatio non debent permitti, nisi semel, & antequam inciperetur examinari, ne subornarentur alij, tamen hoc est arbitrium Iudici, & quod testes post publicationem amplius nõ admittantur maxime in criminalibus ad instantiam partis (non ex officio) trad. Salyc. in l. fin. col. vlt. C. de quaest. Marf. pract. §. sequens, num. 8. & Foller. pract. versic. fiat publicatio, num. 2. & pendente termino ad defensionem officium Iudicis quiescere dicitur, cap. significante, de appellat. & re vera vtroque modo quiescit, cum in sumendo informationes non parum fatigat, & publicatio processus vim habet Decreti, ex quo cum ius parti quaesitum sit. Iudex postea variare non potest. Iaf. in l. quod iussit, numero 11. ff. de re. iud. tex. in l. patre furioso, ff. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur. pulchrè Marc. Anton. Blanc. in pract. ver. datis defensionibus, num. 73. Bart. l. fin. quaestio. penult. per text. l. vnus, §. cogniturum, de quaest. tex. glo. & DD. in l. et si non defendantur.

† Et quoniam in repetitione examinis Rei, siue extra torturam, siue in tortura, Reus solet se referre ad iam per eum dicta, talis responsio potest admitti (si Iudici videbitur) Bald. in l. eos, numero 6. C. de fals. Menoc. de arb. iud. cas. 109. (sed si petierit sibi legi primum examen debet concedi, si rationabiliter petatur, vt inquit idem

Idem Menoch. & si adhuc cogeret respondere ad
 extensum, Reus uti poterit protestatione ista, videli-
 cet, respondeo, quod si quid nunc dicam deum à
 primo examine ad illud me remitto, & ex nunc me
 corripo, quia memoriam non habeo de ijs, Cartar.
 in pract. interrog. Reos, lib. 3. c. 11. nu. 83. cum multis
 6 seq. † Rursus quæ dicantur indicia ad torturam suf-
 ficientia standum est arbitrio Iudicis, Alex. conf. 65.
 in col. 1. qui poterit credere etiam teste minus ido-
 neo, Men. de arb. iud. q. 9. nu. 2. & q. 84. Bertaz. conf.
 7 213. nu. 8. Clar. §. 1. vers. sunt etiam, † & in hac mate-
 ria torturæ attenditur principium, & non finis quic-
 quid sit in captura, de qua supra in 2. p. nu. 30. Farin.
 de indic. & tor. q. 42. nu. 27. cum ibi per eum adduct.
 & inf. dicam de qualitatibus indiciorum.
 8 † Habitis ergo indicijs, & facta repetitione (si Iu-
 dici videbitur) & cõstito de delicto, Iudex noster vir-
 tute autoritatis Brachij Regij poterit devenire ad
 torturam super processu informativo, nisi prius vi-
 deatur confrontationem Rei cum testibus fieri debe-
 re, de qua etiam latè dixi in pract. de testib. in 5. p. nu.
 9 209. 214. & 216. † vbi qualiter, & quando, ad quem
 effectum confrontatio fieri potest. Et ipse sæpe vidi
 in confrontatione Reos succumbere; erit tamen ad-
 vertendū, quod testes, vel subornati, vel pauidi, quan-
 doque in presentia Rei destruunt suum dictum, ideo-
 que confrontatio fieri non debet, nisi quando Iudex
 rationabiliter credere, & sperare possit in ea Reū de-
 bere succumbere, si non in totū, saltē in aliqua parte.
 10 † At in omnem casum contra quoscunque crimi-
 naliter procedatur, debet prius constare de delicto,
 antequam Reus torqueatur, vel per evidentiam facti
 vel per testes de visu, vel per famam, si aliter constare
 non potest; Ganditrac. malef. tit. de præsumpt. ver. a-
 liud etiam nota dignum, & Boss. in tit. de delicto,
 nume. 16.
 11 † Sed antequam deveniatur ad torturam Iudex a-
 nimaduertere debet, an Reus sit confessus, vel conui-
 ctus: Nam si erit confessus, aut conuictus, condemna-
 bitur datis defensionibus, secundum ea, quæ infra de
 cam, poterit tamen torqueri ad effectum, non ut clari-
 orem contra se probationem faciat, sed ut cõsocios,
 vel forte (etiam si ita Iudici nostro videbitur in cri-
 mine valde atroci) ut confiteatur delictum, licet sit
 conuictus per testes, vel ad alium effectum, ut infr. n.
 26. & de consuetudine si esset malæ vitæ, possit etiam
 interrogari super alijs delictis, de quibus constare de-
 bet, & quod de alijs delictis in genere reus confessus
 interrogari possit, tradit Boss. in tit. de indic. nu. 137.
 Foller. pract. in verb. & si confitebuntur, n. 33. Marf.
 12 pract. §. constante, nu. 14. & infra nu. 38. † Quo casu
 adhibendæ sunt protestationes antequam torqueatur,
 Boss. tit. de considerat. ant. tor. nu. 130. & seq. Clar. q.
 64. vers. debet, ver. & ideo, & ver. scias etiam, & Baia.
 ibi nu. 24. Cassa. in consuet. Burg. rub. 1. §. 5. ver. vnde
 cimus casus, col. 2. Rim. conf. 705. nu. 25. vol. 6.
 13 † Quando autem reus est solum conuictus, & non
 confessus, & statutum non dicit, quod conuictus pu-
 niatur pœna ordinaria; tunc de iure communi non
 potest puniri, nisi pœna extraordinaria, Boss. tit. de cõ-
 14 uict. nu. 6. † quo casu solent Iudices torquere reum
 sub hac protestatione, videlicet citra præiudiciū con-
 uicti, & etiam hæc protestatio adhibetur, quando
 queritur, ut reus delictum fateatur, ne per appellatio-
 nem illud, quod fuerit pronunciatum suspendi va-
 leat: Nam statutum vigere potest, quod conuictus &
 confessus crimen appellare non possit à sententia, ita
 Clar. d. quæst. 64. vers. scias, & 94. Lancellot. de atten-
 tat. 2. par. c. 12. amplia. 4. num. 12. quod procedere ait
 etiam de iure communi Guid. Pap. decif. 74. Afflict.
 super consti. reg. vjuratorum, lib. 1. num. 13. Afim. in
 sua pract. §. 31. c. 2. limit. 2. Viui. comm. opt. lib. 2. op.

15. incip. appellans conuictus, Grammat. conf. crim.
 15 64. nu. 11. † sed Mediolani, & Mantuæ in criminali-
 bus statuta appellari prohibent, & ideo conuictus pe-
 na statuti ordinaria puniri potest, & opinio prædicta
 non est passim recepta, ut torqueatur cõuictus ad ef-
 fectum, ut appellare non possit (ex quo viderentur
 tolli defensionibus) ut firmat Couartuu. in sua pract.
 cap. 23. q. 1. num. 5. contra Bald. in l. 2. C. quor. appell.
 non recip. & cum eo tenet Cartar. de executio. sent.
 capt. bannit. cap. 1. num. 77. & 87. & num. 89. vbi di-
 citur opinione Bald. procedere, quando Iudici (intel-
 lige magnæ autoritatis, & non aliter) videretur ita
 expediens pro publico bono citius causam expediri,
 & exequi. In hoc tamen sum moperere cauendum es-
 se, ne intentio fisci destruat, vel parti præiudiciū
 afferatur torquendo non torquendū, vel sine præiudi-
 cio & sine protestatione, ibidem monet Chartarius.
 16 Et facta in hoc casu protestatione ista, † Iudex in
 practica bene aduertere debet circa modum interro-
 gandi reum conuictum, ut illum nequaquam dubi-
 tatiuè interroget, an tale delictum, de quo est conui-
 ctus commiserit; nam esset retrogredi, & in dubium
 vertere, quod est certum, & esset venire contra prote-
 stationem, Barto. & alij in l. non solum, §. morte, ff.
 soluto matrimonio, sed debet Iudex monere reum,
 ut absolutè fateatur delictum, de quo est conuictus,
 17 † qua protestatione stante, licet reus pluries tortus in
 negatiua persistat, nihilominus poterit adhuc con-
 demnari in pœna ordinaria virtute statuti de conui-
 cto crimine, & circumscripto statuto in pœna extra-
 ordinaria, Clar. d. quæstio. 64. vers. veritas, & in ma-
 teria conuicti, vide etiam Boss. eodem titulo, de con-
 uict. per tot. D. Farinac. de carcer. & carcerat. vbi pa-
 ria esse dicit quæst. 3. num. 12. quem esse confessum
 vel legitime conuictum, per l. fina. C. de custod. reo-
 rum, vnde ille non dicitur legitime conuictus, qui
 per testes inhabiles, varios, contrarios, singulares, &
 huiusmodi conuinceretur, ut infra per discursum, &
 in pract. de test.
 18 Hic opportunè videndum est qualiter, & quando
 quis vere dicatur conuictus: & breuiter ille dicitur
 legitime conuictus, qui non potest negare crimen, l.
 quoniam, C. de pœn. & qui nulla tergiversatione po-
 test celare delictum suum, c. cum olim, de verb. sign.
 Gomez. var. res. l. tit. de delict. c. 2. num. 9. cum sequ.
 19 † & conuictio non fit per confessionem, c. at si clerici,
 de iud. Abb. ibi & d. ut. de conuict. n. 6. 7. & 8. hinc
 est quod non statuitur soli nudæ confessioni, nisi etiam
 ex testibus, vel alijs præsumptionibus verificetur cõ-
 fitentem deliquisse, Clar. q. 65. Masca. de prob. concl.
 357. nu. 5. Bruno. à Sol. d. conf. 51. nu. 176. Boss. latè d.
 ut. de confess. & in ut. de conuict. n. 37. ait, quod quis
 poterit condemnari cum vno teste de visu concurrē-
 tibus alijs coniecturis, maxime quando reus est per-
 sona, quæ de iure non debet torqueri, Grammat. vot.
 16. nu. 15. & infra dicam, & hæc probatio appellatur
 plenior, quia est plus quam semiplenè probatum hoc
 modo, Grammat. vot. 15. nu. 14. Sed reuera illum dico
 esse legitime conuictum, cõtra quem sunt duo testes
 contentes idonei deponentes de visu, loco & tempore
 concordantes, Bal. in l. fin. col. 1. vbi Sal. C. de pro-
 20 bat. † & ista appellatur plenissima probatio, Gram-
 mat. d. vot. 15. nu. 14. & ibi hanc etiam appellat pro-
 bationem intuitiuam, Gomez. de delictis, c. 12. n. 10.
 ver. item adde, n. 18. & ibi tenet, quod plures socij cri-
 minis iurati, & torti plenè probant, scilicet in certis
 casibus exceptis, ut puta hæresis, læsæ Maiest. læsæ mo-
 netæ in malefico, & mathematico, in vitio nefando
 cõtra naturam, & in omnibus alijs delictis, quæ sine
 21 12. nu. 26. c. 13. nu. 28. Grammat. vot. 16. nu. 15. † sed in
 materia mandati, si mandans fateretur mandatū, &
 I manda-

mandatarij essent duo (quorū vnus fateretur, & alter negaret) tunc mandans non dicitur bene conuictus, Gomef. loc. cit. num. 16. verf. adde tamen. Nec etiam quis verē conuictus diceretur, si vnus testis deponeret de indicio proximo, puta de visu, alter vero de indicio remoto, vt de auditu, esto quod ambo sint personæ idoneæ, nec quando duo testes essent contestes

21 de visu, sed non essent idonei, † quamuis hæc possit dici plena probatio, Grammat. d. vot. 15. num. 14. nihilominus non posset puniri pœna ordinaria, nisi confiteretur delictum, vt statim dicam, vel si vnus testis de visu, & plures de publica voce, & fama deponerent, Cla. q. 63. ver. tu scis, & Boss. d. titu. de conuict. nisi ijs habitis reus esset contumax, & vi statuti

23 verē habitus esset pro conuicto, † & alijs pluribus modis quis potest conuinci, vt per rei euidentiā, in notorio, in capto, in flagranti: Item per instrumenta, seu per aliquam scripturam continentem mandatum, & delictum, vt de occidendo, vulnerando, vel aliter de coniuratione, & vnione ad malum, Boss. d. tit. de conuict. num. 63. 64. & 65. Baiar. ad Clar. q. 66.

24 nu. 1. † qui dicit, quod vbi reus est conuictus, non requiritur, vt sit confessus, & vbi est confessus, non requiritur quod sit conuictus. Guliel. Bened. in c. Rainutius, in verb. mortuo itaque testatore, nu. 149. de test. relatum à Cassa. in consuet. Burg. fol. 190. nu. 40. sed hoc fortē in ciuilibus; at in criminalibus expedit quandoque vtrumque concurrere, videlicet, quod sit nedum conuictus, sed etiam confessus (ex causis paulo ante prænaratis) tum respectu statutorum diuer-

25 forum, tum respectu pœnæ de iure communi. † Nā statutum loquens de confesso non habet locum in conuictio, nec ecōtra, Canonistę in c. at si Clerici, in prin. de iud. Bero. conf. 187. nu. 11. vol. 3. Bonacossa. quaest. crim. super statu, in verb. conuictus. Duen. reg. in ver. conuictus, & in hac materia, vide etiam Io. Baptistā à Sancto Seuerino in l. admonandi, nu. 107. de iur. vi. ron. Gab. eo. concl. tit. de prob. cōcl. 1. lib. 1. Petr. Cab. cas. 39. n. 68. & nescio quo iure conuictus non possit etiam interrogari de delicto conuicto, vt videtur sententia Baiar. ad Clar. q. 64. nu. 24. vbi allegat Ceph. cōf. crim. 32. qui in libro meo hoc non dicit, nu. 19. & 20 sed quod non debet torqueri, quod multum differt. Nam per simplicem negationem non purgantur indicia plenē probantia, sed per torturam sine protestatione purgari possent. Nam dixi torturam tanquam medicinam purgatricem inuentam esse, itemque ad veritatem inueniendam, & ad pœnam, in pract. de test. p. 5. nu. 150. & sequ. & in 3. p. no. 26. Boss. de confess. nu. 28. sed fatuus esset Iudex, qui reum conuictū torqueret ad effectum, vt etiam fateretur delictum cum tali protestatione. Addit. ad Magon. decis. Luc. 89. in fi. & Cepol. d. conf. 32. n. 19. sic loquuntur Grāmat. decis. 29. nu. 1. & Boss. tit. de confess. nu. 29. Bertaz. conf. 266. nu. 2. Sed forte Baiar. & Fab. non in totum ruminarunt, quantum possit & valeat hæc protestatio citra præiudicium conuicti, sicuti videtur, q̄ non fecerint differentiam inter confiteri, & torqueri. Nam si statutum non extat (quod requirit reum conuictum etiam confiteri debere, vt locus sit pœnæ ordinariæ, vt paulò superius dixi, vel vt pœna augeatur, vel ad alium finem, nempe vt appellari non possit, tunc Iudex non debet reum conuictum torquere cum dicta protestatione, ad effectum, vt etiam confiteatur, circumscripto statuto: At si statutum extat, tunc Iudex sapiens practicus, & expers interrogabit reum cum dicta protestatione, & si neget, torqueri faciet repetita protestatione, sine qua, si reus in tortura negatiuam sustineret, vtique purgata dicerentur indicia illa, per quæ conuictus iam esset, vt alius aduertit, Cartar. de exec. sen. cap. bannit, c. 1. n. 77. cum seq. Rursus si statutum non extat, nihilominus reus

debet interrogari cum tali protestatione, sed non torqueri, quod Capolla d. conf. 32. nu. 19. non negat: atque si absque tali protestatione conuictus interrogaretur & negaret, esset ac si non fuisset conuictus, per ea quæ dicam p. 5. sub nu. 108. vbi negans probationē claram reddit dubiam: & si reus conuictus non interrogaretur, vt fateretur delictum, sequeretur absurdum. Nam nomen rei inter reos receptum non esset quod fieri debere, per l. is qui reus, ff. de pub. iudic. dixi in pract. de test. p. 5. nu. 203. 204. & seq. Nam pro contestatione litis habetur in criminalibus responsio rei, siue affirmatiua, siue negatiua, quamuis solemnitatis contestationis litis in criminalibus, sublata esse dicatur, vt ibi, & non posset reus dici legitime conuictus, nisi confrontatione facta cum testib. vt dixi in d. pract. de test. p. 5. nu. 209. At peius faciunt illa latrunculatorum, qui non solum nolunt interrogari reum de delicto conuicto, sed etiam negant illi copiam dare illius criminis, & indiciorum, de quib. dicitur conuictus: & malum malo addendo, non dant defensiones, contra præcepta diuina, & humana, vt mihi relatum est. Paria enim sunt defensiones non dari, vel cum difficultate dari. Blanc. pract. ver. datis defensionibus, nu. 95. 96. & seq. Florentiæ solet tantū dari copia querele, & inquisitionis, non autem dictorum testium ad offensam, nisi factis defensionibus, quod non laudo nec vituperō. vi. inf. num. 109. & in prac. de test. in 5. par. sub nu. 112. Nam vt dixi p. 1. n. 201. & 202. etiam Diabolo darentur defensiones, si fuisset capax, sed non potest esse, & si captis in flagranti crimine defensiones sunt dandæ, vt ibi dixi, quanto magis si per testes rei sint conuicti. Quinimod & examinari, & copiam indiciorum, & defensiones dari, & carceres arcuè dilatari, vt liberè defendi possint, vbi de crimine læsæ Maiestatis, vel hæresis non ageretur, aut de ratione status Principis, faciunt quæ dixi in pract. de test. p. 5. nu. 211. & 212. & ibi in 3. p. nu. 252. Alioquin quomodo iustitia equa lance libra bitur, iux. c. iudicantem, 30. q. 5. c. cū æterni, de re iud. Summum enim ius summa crux, & rigor differt ab æquitate, & humanitate, ac à crudelitate: atque si in formando processum offensiuum permittitur ex grani causa rigor maximus, cur in processu defensiuo nō permittatur æqualitas in iudicijs seruetur?

26 Modo si reus esset legitime conuictus, sed pro condemnando eum in pœnam ordinariam delicti opus esset confessione, vt supra tetigi secundum Grammat. d. vot. 15. nu. 14. tunc debet torqueri, usque ad triam uicem (interpellatis uicibus) hoc iure ordinario sed attenda qualitate delicti, & delinquentis, & auctoritate Brachij Regij, præcedentibus aliquibus iudicijs, infamia delinquentis, & c. poterit etiam torqueri usque ad quartam uicem, & tandem possunt adijci pondera pedibus, & mutari genus tormentorum, nec seruibitur in hoc regula, quam ponit Clar. in §. si. quæst. 64. uerf. debet, cir. prin. col. 2. uer. & in hoc, in fi. quia sat erit quod Iudex noster non excedat nimis modum, nec tempus ordinario iure consuetum, utputa in practica, si iuxta qualitatem indiciorum, tortura esset inferenda uia ordinaria, primo gradu, Iudex huius liberi, & absoluti arbitrij in delictis atrocibus, & personis minimè probis poterit (si ipsi opportunum videbitur) adhibere torturam in secundo gradu, & si tortura per viam ordinariā esset in secundo gradu inferenda, etiam vsque ad tertium gradum Iudex noster deuenire poterit hac extraordinaria facultate; temperando tam latum arbitrium, & illud regulando secundū ea quæ in prima parte dixi, nu. 20. 21. 22. 23. 24. & seq. & si propter hoc Brachiū Regiū ordo non seruetur, recediturq; à regulis iuris communis ciuilibus, hoc est signū Iudicis supremæ auctoritatis, † quia hæc potestas recedendi à regulis iuris

furis communis solum conuenit Iudicibus supremæ
 authoritatis, & non alijs, qui tenentur seruare statu-
 ta, quæ iurauerunt, Bald. in auth. hodie, C. de iudic.
 & in auth. sed nouo iure, col. 2. C. de ser. fug. quod di-
 ctum sequitur Iason in §. ex maleficijs, num. 14. Inst.
 de act. Hipp. de Mar. pract. §. diligenter, nu. 176. quos
 in hoc proposito adducit Decia. de delict. tit. de ma-
 28 ior. Magistratibus, cap. 45. tom. 1. lib. 4. ¶ qua facul-
 tate stante, Iudex noster non ex abrupto, sed cum gra-
 no salis ad torturam deuenire debet, & si opus erit,
 terminos ordinarios transibit, non in totum, sed ali-
 quid plus ultra, iuxta illud commune Proverb. quod
 etiam habet Terentius in Andria; ne quid nimis:
 quia omne nimium vitiosum est, glos. in auth. vt de-
 term. sit num. cir. princ. col. 1. regulando se cum bona
 29 conscientia, ¶ vt domina & duce omnium rerū be-
 nè gestatum: mala autem est scala æterni supplicij, c.
 cum æterni, de sent. & de re iud. in 6. Et vbi reus iusti-
 ciente tortus videbitur Iudici nostro (à cuius arbi-
 trio hoc iudicium pendet, D. Men. de arb. cas. 273. n.
 2. Marf. in l. quæstionis modum, nu. 57. de quæstio.)
 tunc si tortus persistit in negatiua, non effugiet penā,
 quæ datur à iure communi, vel statuario illi, qui tan-
 tum conuictus est & non confessus, stante supradicta
 protestatione, videlicet citra præiudicium conuicti:
 Secus quando non esset conuictus legitime, nam
 non posset condemnari ad torturam ob eius negati-
 uam, sed absoluedus esset, non definitiue, sed rebus
 stantibus, vt inquit Clar. q. 57. vers. sed hic, & qu. 62.
 ver. forma. & protestatio esset nulla, Rimin. iun. cōf.
 705. nu. 25. cum seq. vol. 6. quamuis Barar. ad Clar. q.
 64. dicit, quod talis protestatio omissa non debet im-
 pedire, quin reus legitime confessus non possit con-
 demnari in penam pecuniariam, non obstante per-
 sistencia in negatiua, & allegat plures num. 24. & 25.
 30 ¶ Verum Iudex habens liberum, & absolutum ar-
 bitrium, tam in condemnando, quam in proceden-
 do potest condemnare reum non tortum aliqua pœ-
 na arbitraria, etiam si non fuisset legitime, seu cōclu-
 denter conuictus, iuxta qualitatē delicti, & delin-
 quentis, Menoch. de arb. quæstio. 9. num. 2. Gand. de
 quæst. & tor. quæst. 1. col. 2. num. 42. quod verificatur
 quando esset plusquam semiplenè probatum, & talis
 probatio esset verisimilis, Gramm. d. vot. 15. sub nu.
 31 14. ¶ vbi docet quando dicitur esse probatum plus-
 quam semiplenè, pulchrè Gomes. de delict. c. 13. nu.
 28. de hac latius dicam sub nu. 269.
 Sed Iudex ordinarius carens hoc libero, & absolu-
 to arbitrio non potest talia facere, noster autem Iu-
 dex, vel causam via torturæ terminabit, vel sine tor-
 tura, mediante aliqua condemnatione arbitraria, vt
 factum fuit Mantuæ contra quendam nobilem: vel
 potest istum reum diu detinere in carceribus, donec
 videatur purgasse peccata, l. qui diutino, ff. de pœn.
 quod quidem remedium tutius erit, licet ille nobilis
 malo facto suo eo vti noluerit, sed magis institerit ad
 32 se se scire assererat fore condemnandum) & ¶ Iudex
 liberum arbitrium habens, eligens illam viam iu-
 stam, quæ in eius conscientia tutior, & aptior vide-
 bitur, erit omninò excusatus, vt infra dicam nu. 48.
 & 283. & intellege dum modo probatio tendat circa
 negotium principale, non autem circa circumstan-
 tias leues.
 At si reus esset vir valdè facinorosus, tunc sub
 quouis prætextu non esset relaxandus esset, Alex.
 33 conf. 65. habita super nu. 10. vol. 1. ¶ Nam contra hu-
 iusmodi sceleratos seueritas habetur pro mansuetu-
 dine, et summus rigor pro magna equitate, Bonif. Vi-
 tal. de Mantua. tract. de malef. in proem. nu. 16. cum
 seq. qui tãquam vicinus Pado facinora horû farinel-
 lorum audire, & scire facillimè potuit, Io. de Mont.

Ferrat. ante repet. l. si quis pro emptore, ff. de vsucap.
 vbi ait summam pietatem esse in delinquentes seui-
 re, facit Clar. d. q. 64. ver. sed pone, qui si esset viuus,
 miraretur valde, quod hodie hæc pestis ingressa sit
 etiam ad ipsa mœnia vrbium Mediolani, & Papiæ:
 34 & Farinac. de delict. & pœn. q. 17. nu. 3. tractat, ¶ an
 delicta sint cum misericordia, vel seueritate punien-
 da. Verum vt dixi aduerteendum est ne quid nimis
 fiat, nam scriptum est: Illi robusti dicuntur, qui cum
 de sua iustitia præiudicant, misericordiam peccanti-
 bus negandam putant, vnde à Domino percussus in-
 tereunt, quia iudicium sine misericordia erit illis,
 qui nolunt facere misericordiam delinquentibus,
 Iac. 2. quibus per Salomonem dicitur, Eccles. 7. No-
 li esse nimis iustus, quia est iustus, qui in sua iustitia
 perit, c. plerumque, §. de hys etiam, 2. q. 7. Grammat.
 conf. 45. in fin. & hæc procedunt, vbi æquitas suadet,
 fecus vbi rigor, vi. in nu. 100.
 35 ¶ Sed ille profecto qui est consuetudinarius delin-
 quens, magnū habet contra se iudiciū, quia consue-
 tudo delinquēdi probata est tanquam betonica, quæ
 fortificat cætera indicia debiliora, & sanat im perfe-
 cta, videlicet vt iustitia armata contra solium delin-
 quentem viriliter procedat, vt inquit Blanc. de Iu-
 dic. nu. 246. & Put. de syndic. in ver. tortura, l. c. 1.
 nu. 2. in magnis sceleribus tormenta adhibenda esse
 non extenso eculo, non scindentibus vnguibus,
 non vrentibus flammis, seu verberibus, & dolori
 credi non oportet, non oleo nec vnguento, sed igne
 & ferro medici viuuntur in cancerenis.
 36 ¶ Sed antequam materiam conuicti egrediar, po-
 ne quod sint multi testes, qui scire veritatem delicti
 præsumunt, & torqueri debent, secundum ea, quæ
 dixi in pract. de test. 4. p. nu. 166. & in 5. p. nu. 140 &
 156. cum plur. seq. tamē non sunt torquendi omnes
 testes, si ita videbitur iudici nostro, sed duo, aut tres
 sufficientes ad conuincendum, l. vbi numerus, ff. de
 37 test. ¶ & sicut multitudo testium est refrenanda; vt
 in d. pract. de test. par. 2. nu. 145. ita etiam testium tor-
 tura, Bald. in l. data opera, & ibi Salyc. C. qui accus.
 non poss. & ipse in facto plures quæstionem habui
 de quibusdam testibus, qui magis coactè, quàm spon-
 tē veritatem dicere voluerunt, vt postea apud inte-
 resatos cum reis, siue ob parentelam, siue propter
 amicitiam excusare se possent, si contra reum inui-
 ti deposuerunt, quod nec laudo nec vitupero.
 38 ¶ Altera sequitur protestatio faciendā à Iudice,
 antequam reus conuictus, (et si minus legitime sit cō-
 uictus, & confessus) torqueatur super alijs delictis, &
 complicibus socijs criminis, auxiliatoribus, manda-
 toribus, aut quouis modo in delicto interessatis, &
 debet protestari citra præiudicium confessi, & cōui-
 cti criminis, & non aliter, nec alio modo, Clar. q. 21.
 ver. dictū socij, & q. 64. ver. veritas, Farinac. de indic.
 & tor. q. 43. Cepol. conf. crim. 32. Gramat. decis. 96. et
 vot. 1. Foller. ver. rei indurati, nu. 3. Boer. decis. 163. n.
 13. Decia. conf. 93. nu. 74. vo. 2. Bertazol. cōf. 33. n. 6.
 vide et Nauarrū manual. cōfess. tit. 18. n. 59. vbi opti-
 mē loquitur, quomodo in hoc casu cautè procedēdū
 sit, & debet interrogari in genere, vti veritatē dicat,
 an alia delicta fecerit, vt docet Iurisconsul. in l. 1. §.
 qui quæstionem habiturus, ff. de quæstio. si tamen ali-
 qua præcedant indicia, & qui fuerunt alij complices
 delicti confessati in casibus, in quibus interrogari de
 socijs est permissum; sed si contra socios sint aliqua
 indicia in specie de delicto, de quo principaliter quæ-
 ritur, vel de alijs delictis, quamuis sint indicia
 39 leuia, ¶ nihilominus iste confessus poterit etiam
 interrogari in specie super illa persona, vel deli-
 cto expressè, & particulariter, quia hæc non po-
 test vocari suggestio, vt tenet Carer. in l. obseruare,
 num. 198. in sua pract. crim. de modo interrog. reos,
 I 2 Boss.

- Boss. tit. de indic. & confid. ante tor. nume. 136. 137. 138. cum alijs plur. seq. & est mera veritas, Salyc. l. fi. quaest. 2. C. de accusat.
- 40 † Sed in practica aduertendum est ad id, quod supra dixi circa modum interrogandi confessum, aut conuictum, ne iste confessus, aut conuictus interrogetur, an tale delictum per eum confessum commiserit, quoniam esset destruere confessionem, & ficti intentionem, quia, quod certum est, non debet in dubium reuocari, l. continuus, de verb. oblig. & in confesso cessat omnis quaestio, l. proinde, ad leg. Aquil. & illud vere apparere dicitur quod per confessionem constat, Innoc. in c. cum contingat, ver. indigeat, de offic. deleg. & illud pro certo habetur sciri, quod per confessionem scitur, glo. 1. iuncto tex. in c. si sacerdos, de off. ord. multa in propof. congerit Brun. à Sol. d. q. 51. nu. 10. & seq. Spec. in tit. de test. §. iam de interrogatorijs per tot. nonnulla dixi in pract. de test. in ver. torura: interrogatoria: repetitio, & in ver. ratificatio. Si igitur reus iam conuictus, & confessus, ita imprudenter interrogatus negaret, tunc protestatio seruiret de uento quoad confessionem, & noua opus esset tortura, pro sananda infirmitate confessionis secuta ob
- 41 imperitiam Iudicis male interrogantis, † quem factum appellat Clar. d. q. 64. ver. veritas, nam facta tenent, l. patre furioso, ff. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur. & si vsque ad trjnam vicem interrogatus in tortura, persistit in negatiua, tunc non poterit puniri, nisi poena conuicti ordinaria, vt in precedenti casu dictum est, quoniam ob imprudens interrogatorium confessio exinanita fuit, Capol. consil. crim. 32. & Bertazo. consil. 27. num. 9. & d. conf. 33. nu. 6. At si non fuisset legitime conuictus, & confessionem reuocaret in tortura, & in negatiua persisteret, non obstante tali protestatione, non posset condemnari in poenam de conuicto, sed dicerentur purgata indicia, & probationes, non solum contra se, sed etiam contra alios, & magnopere Fiscus conqueri posset de iudice, qui totam suam intentionem ob imperita interrogatoria destruxit, & ita est intelligendus Cla. in d. q. 64. ver. veritas, vbi dicit, quod tortus esset extraordinarie condemnandus, & hoc verum, si plusquam semipl. ne con
- 42 uictus esset, vt sup. nu. 31. † Ceterum si reus non erit interrogatus quoad se, sed quoad alios, nec per imprudens interrogatorium, conuictio, & confessio in dubium reuocata non erunt, tunc etiam quod in tortura negaret propriam confessionem, talis negatio non admitteretur; sed condemnari possit virtute precedentis protestationis in poenam ordinariam conuicti, & confessi criminis, vt in d. ver. veritas, & per DD. supra allegat. nisi esset probata innocentia; nam non obstante quod esset vere confessus, non posset puniri, l. idem Nerarius, ad fin. ad l. Aqu. Brun. à Sol. d. q. 51. nu. 123. Bal. in l. vnica, C. de confess.
- 43 † Tertia species protestationis est, quando reus iam condemnatus & bannitus admittitur ad nouas defensiones, de qua re scribit Boss. eo. tit. de liter. admitt. ad no. defensio. Clar. §. fin. q. 64. ver. sed nunquid. Nam fit protestatio citra prauiudicium banni, & rei iudicatae. Idem quando bannitus est captus, & fit recognitione identitatis personae bannitae, interrogando bannitum captum, quo nomine, cognomine, & patria fit, ad effectum, vt constare possit illum met esse bannitum; Clar. q. 96. ver. sed quare. Cartar. tract. de execut. sent. capt. bannit. cap. 1. & 2. Farinae. q. 11. Baiar. ad Clar. d. qu. 54. quo casu dato aliquo breui termino ad faciendum suas defensiones non contra delictum aut bannum, sed aduersus recognitionem antedictam, postea exequenda est sententia, Boss. tit. de lit. Princ. admitt. ad nou. defensio. col. pen. & fin. & Clar. q. 96. ver. quare nunquid, & Cartar. de execut. sent. capt.
- 44 bannit. cap. 1. nu. 271. † quod verum est, quando ex

indicijs legitimis conuictus fuit condemnatus, & condemnatio transfuit in rem iudicatam, secus si ex sola contumacia haberetur pro conuicto, & confesso, iuxta dispositionem statutorum; nam hoc in casu esset omnino audiendus aduersus sententiam secundum Alber. & alios quos adducit Clar. d. qu. 96. ver. quare nunquid, & ibi Baiard. optimè Marf. in §. opportunè, nu. 8. & 9. per Bar. in consil. incip. à domino Cyno. Fit ergo protestatio citra prauiudicium condemnationis, aut banni, antequam interrogetur, deinde su per alijs delictis & complicibus tantum, non autem quoad se, ne sequatur inconuenientia excitata supra in alijs duobus casibus conuicti, & confessi, Cartar. d. tract. de execut. sent. capt. bannit. ca. 1. num. 455. &

45 456. † Et quia Fiscus habet suam intentionem fundatam in statuto de contumace, vel in sententia, aut in banno, Boss. d. tit. de De. lit. admitt. ad nou. defensio. col. pen. si ad nouas defensiones admittitur, solū copia condemnationis datur, & banni, super quibus bannitus solet formare capitula, & testes examinari facere ad probandam suam innocentiam, Ias. in l. inter stipulantem, §. 1. in fi. ff. de verb. obl. & Cart. alios allegantem, d. c. 1. nu. 272. cum plu. seq. & si funditus non euacuauerit indicia contra se existentia poterit torqueri, iuxta qualitatem indiciorum, ac multo plus attenda atrocitate delicti, & mala qualitate personae virtute Brachij Regij, & non aliter, & si Iudex noster sciret in conscientia reum deliquisse, non posset eum condemnare quando in tortura negatiua sustinuerit, ppter ipsas literas, quibus admittus fuit per Principem ad nouas defensiones, sic intelligendus Cart. d. c. 1. nu. 457. Et hinc manibus palpari, quam bona

46 † & quam utilis sit practica, qua Principes utuntur, non admittentes bannitos ad nouas defensiones, nisi prius audito statu causa, ut dicit Boss. d. tit. quod se fecus esset quando bannitus captus esset intra decem dies post latam sententiam condemnatoriam, quia Iudex requisitus posset ei concedere nouas defensiones cum dicta protestatione, & isto in casu si Iudex sciret hunc deliquisse, non obstante quod in tortura sustinuerit negatiua, posset eum condemnare poena aliqua extraordinaria uirtute dictae protestationis

47 & liberi arbitrij, † quia multum differt an bannitus sit admittus ad nouas defensiones à Iudice, uel ex rescripto Principis, Boss. in tit. de requir. reis, & in tit. si aduers. rem iudic. restit. postulet, & in tit. de supplic. aduers. rem iud. quibus in locis hanc Theoricam & practicam inuenies: & an Iudex noster possit admittere reos ad nouas defensiones post decem dies lata sententia, dicam in seq. parte.

Et quia dixi, quod fiscus habet intentionem fundatam in sententia. Amplia etiam procedere in sententia Arbitri, qui declarauit standum esse sententiae suae sub poena centum fisco applicandorum, per l. prima, ff. de iure fisci, quamuis priuatus non possit acquirere priuato, cuius non interest, §. alteri, Institutio. de inutil. stipulatio. l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de uerborum obligatio. Anchara. in puncto, in consilio primo, satis noto. & uulgato. & Boer. Decisio. 284. in fin. distinguendo ait, quod si poena stipuletur à persona publica auctoritatem habenti acquiritur fisco absenti. quia semper interest, ut fiscus sit Diues, & quod sit semper soluendo, not. in l. prima, C. de iudic. Sic apud Caball. Milleloquio. 888. par. secunda, & ita hodie seruatur, ui Afflict. Decisio. 135. num. 6. Hinc dicitur, quod poena conuenionalis in fiscum transit quando, (scilicet) Notarius stipulatur fisco absenti, multo magis si praesenti. facit Bero. consil. 197. n. 16. & consil. 209. uo. 3. Add. ad Clar. q. 80. nu. 8. Sed aduerte, quod si duo promiserunt sub certa pecuniarum summa de sese non offendendo, uel de pace, aut tregua non rumpenda, & illam poenam conuenientio-

conventionalem applicandam esse fisco stipulati
sint, quod si vnus ex ijs alium percussit, aut vulnera-
uit, & Iudex criminalis condemnauit tantum in
pœnam statuti pro percussione, aut vulnere. fisco
reclamando, & executionem pœnæ conuentionalis
petendo, nequaquam obtinere potest, per l. termina-
to, C. de fruct. & lit. expens. & quia in pœnalibus fi-
scus non restituitur, vt dicam in quarta parte, sub nu-
mero 302. & lata sententia, & semel punitus am-
plius puniri non debet, per ea, quæ dicam sub nu-
mero 273. cum sequen. ea. quarta parte, facere mihi
videtur text. in l. sancimus, C. de vsur. rei iud. &
Bertazol. consil. crimin. 242. numero 12. & si locum
haberet restitutio Aduersus rem iudicatam, iuxta
terminos, Boss. eodem titulo, numero septimo, &
octauo, tamen non potest exequi pœna sub prate-
tu, quod Acta facta in vno Iudicio inter easdem per-
sonas fidem faciunt in alio, iuxta l. 1. §. apud quem,
C. de appellatio. dixi in pract. de test. p. 3. num. 274. &
sequen. & per Viui. Decisio. 313. in secunda parte,
tamen faciunt fidem, non ad condemnandum; mul-
to minus ad exequendum, sed dumtaxat ad instruen-
dum iudicem, vt procedere valeat, l. magistratibus,
vbi Bald. in fin. ff. de iurisdic. omn. iudic. Immo nec
confessio in vno iudicio operaretur executionem in
alio. Afflict. super constitut. in ver. damna clandestina,
not. 9. vers. Quarto quarto. Grammat. consil. 42.
cir. princ. Farinac. de delic. tit. de inquisit. quæstio. 7.
nume. 43. De hac re latissime Mascard. de probatio.
conclusio. 33. & 34.

Equidem ridiculosum esset antè causæ cognitio-
nem, & ante declaratoriam, executionem fieri con-
tra regul. quod ab executione iudicium non fit in-
choandum, l. 1. C. de execut. rei iud. A fin. tractat. de
execut. §. 2. cap. 4. numer. 5. & stare potest quod quis
percussit, aut vulnerauerit, sed quod non contraue-
nerit pœnæ conuentionali. vt quia ex noua causa, vel
casu, aut aliter, per ea quæ dixi supra in 2. par. numero
259. & sequen. & alibi. & oportet probare, quod do-
lose deliquerit, vt ait Bertazol. consil. crimin. 422.
numero sexto, facit Boss. de accusat. numero 34. Clar.
quæstio. 51. vers. scias etiam. In pœnalibus stricte eun-
dem est, & nõ sacco parato. hinc etiam dicitur, quod
pœnarum pœnæ non debentur. Barto. in l. 1. C. de fisco.
viur. lib. 10. Nec vsurarium vsuræ. Dec. in cap. vene-
rabiles, extra de except. Nec interresse de interresse.
Peregr. de iur. fisco. lib. 6. tit. 7. num. 30. 31. & 32. & in
materia pœnæ conuentionalis vi. Bertazo. quiquam
plura consil. crim. fecit vo. 2. & Menoch. de arb. casu
260. vbi nedum in stipulationibus prætoria, vel iu-
dicialibus, vt præsupponit D. Farinac. de car. & car-
cerat. 9. quæstio. 30. numero 77. sed etiam super me-
te conuentionalibus contractus Iudicem habere ar-
bitrium ait, facit glos. & Barto. in l. 2. nu. 14. ff. si quis
iud. non obtemp. pulcre Cachera. decisio. 70. nu. 13.
quod in iudice nostro verum est ob amplam libert
arbitrij potestatem. Et qualibet pœna, siue à lege, siue
ab homine non excessiua, siue arbitraria licite exigi-
tur in foro poli, Caball. milleloq. 874. p. 2.

49. † Antequam vterius progrediar circa modum
practicandi torturam, volo super nonnullis te bo-
num Iudicem aduertere, quod adeo potens est vis, &
authoritas Brachij Regij, & huius lati, liberi, & abso-
luti arbitrij Iudicis nostri, secundum ea quæ diffuse
in 1. par. dicta sunt, vt plusquam necessarium sit om-
nino, vt Iudex noster sit in conscientia sua bene qua-
lificatus, nam comite conscientia à iure informata,
vt in 1. p. nu. 28. magis viriliter ac cautius ager, vt ex-
perientia docuit, & facit Gand. de quæst. & tortur. q.
1. nu. 41. quia Dominus Deus intellectum bonum
subministrabit Iudicibus, & alijs timentibus eum;
& ex ore infantium, & lactentium via aperietur tali-

ter, quod ad veritatem delictorum, & delinquentium
facillimè perduceretur: vt legitur in lib. flos Sanctorum,
de illo Sancto inique, & dolose accusato ab vna per-
uerfa muliere, quæ existimabat se famæ veræ sancti-
tatis eius posse detrahere, asserens se ab eo grauidam
suscepisse puerum lactantem, & infans pura vnus
mensis interrogatus ab isto verè sancto loquedo mi-
raculose, respondit non esse verum, & sic ab ore in-
fantis, & lactantis cum veritate laus profecta fuit; iste
Sanctus fuit Sanctus Brixius Archiepiscopus Turo-
nensis; de quo Greg. Turonens. memoriam facit.

49. † Bona itaque conscientia testibus gaudet, quam-
uis testibus vt haud desiderat, vt inquit Angel. Poli-
tia. in suis Epistolis ad Tristanum Caluum, lib. 4. in
fin. Epist. & in Adagio dicitur, conscientia mille tes-
tes, tam quoad cognoscendum seipsum, iuxta illud,
nosce teipsum, & Cicero 1. Tusculan. præceptum Ap-
ollinis monet, vt se quisque noscat; quam etiã quo-
50. ad aliorum actiones. † Sed conscientia debet esse cõ-
munis, & Christiana, & à iure informata, & suffi-
cientibus indicijs instructa, alioqui erit erronea, vt
inquit Bruno. à Sol. in d. eius, q. 5. 1. nu. 132. & in tan-
tum bona conscientia operaretur, vt in casu dubio
Iudex sequens eam opinionem, quam in sua consci-
entia à iure informata, & bene instructa credit esse ve-
ram, excusetur apud Deum, & homines, etiam si pos-
tea contrarium declareretur per suum Superiorem, c.
fi. de const. c. 1. de postul. pulchrè Dec. consil. 175. viso
themate, nu. 6. Soc. consil. 150. & Grat. consil. 101. ver-
tertio si in dubijs, par. 2. & de vi clausula secundum
conscientiam tuam, & qualiter Iudex noster possit se-
cundum conscientiam iudicare, late dixi in 1. par.
nu. 127. & alibi per discursum.

51. † Nunc de gradibus torturæ dicendum est, de qui-
bus Clar. d. q. 64. vers. nunc de gradibus torturæ, & pri-
mus gradus est terrere, quod verificatur in commi-
natione torturæ; secundo, quando reus ducitur sub
culeo; tertius, quando ibidem ligatur; quartus, quan-
do eleuatur à terra; quintus, quando semel concuti-
tur; sexto, quando bis deijcitur, siue quassatur; septi-
mus, cum iterum deorsum emittitur & de hoc etiam
dixi in pract. de test. in 4. par. num. 155. cum plur. seq.
& Paul. Ghir. tract. de quæst. & tor. ait primum gra-
dum incipi à terrore, ligatura, & funi applicatione;
secundum, ab eleuatione à terra, quando modico tẽ-
pore manet in aer. suspensus; tertium gradum esse,
quando reus stat sic suspensus per spacium vnus, aut
duorum miserere, (quod ipse appellare soleo stare in
tortura per aliquod notabile spacium); quartum esse,
postquam reus mansit suspensus spacio dimidiæ, vel
vnus horæ, & dantur ictus funis, hoc est, reus deijci-
tur. Sed reuera semper placuere mihi illi tres gradus,
quos seruare Senatam excell. Mediol. Clar. adducit
in d. q. 64. vers. nunc de gradibus, in fin. & in practica,
torquere, id est, eleuare reum in tortura, bene torque-
re, id est, per spacium notabile vnus horæ, acriter tor-
quere, id est, deijcere semel, bis, vel ter; & alios ma-
gnos practicos ita seruare vidi pluries.

52. † Præterea, ab initio tortura moderata est adhiben-
da, l. de minore, §. tormenta, ff. de quæst. quod male
obseruare vidi à quodam delegato, qui statim tan-
quam canis rabidus irruit in reum maximis crucia-
tibus, tormentis & malè digestis interrogatorijs, &
ni monitus fuisset, forte reus in prima tortura obij-
set, (quamuis de hac monitione, ac de alijs bonis o-
peribus monitor lapidatus extiterit, & odio habitus
gratis) sed profecto qui ita indiscrete se gerunt, fortè
pro consequendo salario debito ob torturam, inique
agunt, nequaquam memores, ea. cum æterni, de sent.
& de re iud. lib. 6. sed laus in fine canitur & certe hoc
iniquo & præcipiti modo non sequitur finis eruend-
dæ veritatis; sed in torquendo expedit ire pedetèrim;

- pede plumbeo, & cautè procedere, vt faciunt latruncu-
 33 culatores practici, & estui, arg. l. 1. de legat. 2. ¶ con-
 siderantes qualitatem delicti, indiciorum, & perso-
 nae, cuius fortitudinis, aetatis, & valetudinis sit ille
 qui torquendus est, an veritas aliter haberi possit,
 quam per torturam, an sit solitus delinquere, & iuxta
 qualitatem plagarum collyrium adhibere sic, vt reū
 innocentem à supplicio indemnem conseruet, vt in-
 quit Ang. de Malef. in verb. quod fama publica. nu.
 103. & ibi Ang. alioquin reus diceretur nimis grauatus,
 & iniuste oppressus (cū sit debilis) si fortiori-
 54 bus tormentis cruciaretur, ¶ quia tortura debet dari
 ad mensuram, respectu delicti, temporis, & personae,
 & secundum subiectam materiam, & non ex abrup-
 to, quoniam tortura respectu vnus posset grauis dici,
 quae respectu alterius diceretur leuis, & ideo (licet
 tortura sit arbitraria) hoc arbitrium debet cum di-
 stinctione regulari, Farinac. de indic. & tor. q. 38.
 55 num. 33. & 82. vbi tradit ¶ quae dicitur tortura plea-
 na, & quae moderata Iudicis arbitrio, vt dixi nu. 29.
 Put. in verb. tortus, c. 1. nu. 18. idem pulchrè in c. 7.
 num. 14. in verb. tortura 1. cap. 5. nu. 7. vbi quaedam
 in actu practico ostendit, & omnino videndus in
 verb. tortura 11. cap. 1. num. 2. & 3. cum seq.
- 56 ¶ Tormentorum autem plura sunt genera, quibus
 rei torqueri solent secundum casus contingentiam,
 de quibus per Marf. criminalistarum aurigam, in re-
 pet. l. 1. ff. de quaestio. Brun. de indic. & tor. 2. par. q. 2.
 nu. 6. qui nonnullas tormentorum species adducit,
 quae apud Iudices Dei timoratos non seruantur, Fol-
 ler. in eius pract. in verb. rei indurati torqueantur, &
 Menoc. de arb. q. 39. per tot. latè Farinac. de indic. &
 tor. à nu. 60. vsque ad nu. 72. trad. Put. in verb. tortu-
 ra, l. c. 6. Sed licet multa sint genera tormentorum, ta-
 57 men ¶ tortura funis est regina illorum, tanquam ma-
 gis tuta, & ab omnibus frequentiori practica appro-
 bata. Sanè deiectio est valdè periculosa, praecipuè in
 reis non robustis: secundo loco ponitur tormentum
 ignis applicito pedibus carbone accenso, tabella in-
 termedia, vt de modo practicandi statim dicam; ter-
 tio est tormentum cabaletae, quod alio nomine nun-
 cupatur la fiteglia, alibi cipus, alibi capra; quarto tor-
 mentum taxillorum, strictè colligatorum, inter v-
 triusque manus nodos, vel inter pedum clauicam,
 aut iuncturam; quinto tormentum grilli, quod fit
 ex quibusdam fulis frequenter nodosis, qui inter no-
 dos digitorum stringuntur; sexto, stanghetta, qua sa-
 pè in Regno vtuntur; septimo, velum quod potatum
 inuoluitur, extremam partem praemanibus tenente
 executore, & viscera commouetur, & ob tam acrem
 dolorem veritas eruitur, at quia periculosum, ergo
 caue; octauo tormentum arundinis subtiliter in vn-
 guibus immixta; nono, pilorum extractio, à digitis
 pedum, aut manuum, quorum copiam homines hir-
 futi habent; decimo ferula, pueris, & valdè senibus,
 & nota hinc vnum quod dicit Luc. de Penna in l. cū
 58 supra, num. 1. & 2. C. de re mil. ¶ quòd quando quis
 ferula, aut virgis fustigatur pro poena, non pro haben-
 da veritate, taliter verbera inferri debent, quod ex il-
 lis exeat sanguis; sed in hoc seruanda est consuetu-
 do; vndecimo, solet negari eibus, & potus per ali-
 quot dies, Put. in d. ver. tortura, il 3. cap. 4. num. 10.
 & 11. maximè contra scelestos, & admodum robu-
 stos in atrocissimis delictis, vt per macerationem
 veritatem dicant, & magis tormenta timeant; duo-
 decimus modus, quandoque reus exponitur aeri fri-
 gido, vt recenset Gand. de quaest. & tor. num. 31. Ip-
 se verò qui vltra annos viginti continet, & crimina-
 lia, & ciuilia simul officia gessi, nunquam vsus
 sum alio tormentorum genere, nisi funis, & ignis,
 taxillorum semel, & pluries ferula pueris, & senibus:
 & vt dixi funis tormentum est magis tutum, & ma-
 gis approbatum, vt inquit Farinac. de indic. & tor.
 59 q. 38. num. 62. ¶ & ignis tormento latrunculores
 vtuntur, quando torquendus est in genitalibus aper-
 tus, vel manicus, aut debilitatus in brachijs, quod fit
 accensis carbonibus, reus sedet humero parieti adie-
 cto, & pedes nudos immittit in compedibus, sed
 prius aqua calidua, & sapone fricatos, & lotos timo-
 re cuiusdam vnctionis, quae ignis dolorem non finit
 reum sentire, & iuxta ignem, ac pedes ipsos in com-
 pedibus appositos, ponitur intermedia quaedam ta-
 bella mobilis, quae per ministrum toties eleuatur,
 quoties Iudex mandat, & pro qualibet eleuatione ta-
 bella intelligitur datus vnus ictus torturae, quae de-
 bet stare tantum temporis eleuata, vt ignis pedibus
 officio suo fungi possit, scilicet quantum reus in tor-
 tura funis suspensus stare deberet, cum subrogatio
 ignis sapiat naturam funis, in cuius locum ignis sub-
 60 rogatus est, §. fuerat, Instit. de act. ¶ & ideo horolo-
 gium puluerinum, cum distinctionibus medij quar-
 ti, & quarti integri, tertij, & dimidij horae, & horae
 integrae, debet stare praeculis Iudicis, vt penes acta,
 qualitas, ac quantitas torturae constet, & quandoque
 in grauibus sceleribus (quando adsunt indicia valdè
 vrgentia) solent faces accensa sub pedibus in tortura
 suspensi adhiberi, vt infra dicam, sed hircum viuum
 appendere pedibus torti, nunquam vidi, nec appro-
 babo: sicuti alia genera tormentorum displicent re-
 lata, quae reuera magis sapiunt liuorem tyrannicum,
 quam iustitiae zelum, tamè euenire posset casus tam
 atrox, vt procedendum esset contra homines tam
 scelestos, & talibus vti tormentis valdè expediret.
- 61 ¶ Quo verò ad ictus funis attinet, certè expertus
 sum esse periculosissimum, & parum deseruire in-
 tentioni, & vidi conuassatos, semimortuos mane-
 re, & loquelam amittere, vnà cum sensu, & interro-
 gati nesciunt quid dicant, tanquam venientes de alio
 mundo, & ne fortè fingerent, certior factus sum, qua-
 de re de eorū dictis non esse durandum censui, hac
 consultissima, §. at cum humana fragilitas, C. qui te-
 stamen. fac. poss. sed veritas absque dubio haberi de-
 bet sine aliquo scrupulo, à sensu sano. At loco quaestio-
 nationum iussi reum multò magis in tortura suspen-
 sum permanere, & quandoque eam repeti, & benè
 auxilio Diuino, à quo cuncta bona procedunt, mihi
 euenit, quandoque reus ligatus, & deorsum prostra-
 tus, sic eleuatus fuit in tortura, ob cuius pondus fas-
 sus est, dum eleuaretur, nam reuera quassatio potius
 videtur inuenta ad poenam luendam, quam ad veri-
 tatem eruendam.
- 62 ¶ Et quoniam in prima impressione tract. de test.
 in 2. 2. par. numero 160. dixi, quòd testis, aut reus re-
 nuens respondere ad interrogata, vel minus suffi-
 cienter, posset torqueri, iux. pract. Clar. q. 45. vers. sed
 pone, & per Bald. in l. accusationum, vers. super hoc
 melius, C. qui accus. non poss. Farinac. de indic. &
 tortura, quaest. 37. num. 117. & approbatur à Consilio
 Neapol. vt refert Capici. decis. 145. quam etiam ser-
 uare Senatū Mediol. testatur Clar. quaest. 45. vbi di-
 cit, Senatū mandasse renuentem respondere tribus
 ictibus eculei plecti debere, & fui in sententia quòd
 etiam vltra tertiam vicem posset torqueri, dicendo,
 Amice tibi gratulor, eò quòd cum respondere nò-
 lueris sublimis in aera sursum, sub plantis immane
 chaos subsidere terram uidisti tam sapè tuis; at cum
 postea melius uiderim Foller. in sua pract. crim. in
 uers. & si comparent, in 2. par. nu. 3. & in 5. par. nu. 4.
 & alios, quos Farinacius allegat in suo tract. tit. de in-
 dic. & tor. à num. 176. usque ad numero 191. transco
 cum distinctione, quando quis non uult respondere
 circa substantialia, & non quoad circumstantias, ta-
 men in practica utroq; modo renuens respondere, po-
 terit torqueri in leuib; leuiter, & in grauib; gra-
 uiter,

ditur, nisi exclusa esset temperantia ista propter pra-
nam, & inhumanam qualitatem personae torquen-
da secundum ea, quae in d. pract. de testibus 4. p. ur. d.
num. 160. aduertit, secus est in ciuilibus, vt firmat
idem Foller. d. 3. par. princip. 3. par. nu. 4. & Clar. d.
quæst. 25. Blanc. de indic. & tor. num. 273. Cartar. in
sua pract. de modo interrogandi reos, lib. 3. cap. 3.
num. 17. Mascard. de probat. concl. 1385. & Boss. in
tit. de respons. a reo fac. in ciuilibus vi. Pap. in for. li-
bell. cir. in interrogator. fiend. Reo, glo. compellatis res-
pondere. At plures limitationes dat Foller. vt locus
sit tortura, quando in criminalibus quis reuquit res-
pondere loc. prox. cit. nihilominus penes Iudicem
nostro parum prodesse, quia, aut inuitis denti-
bus teneretur respondere, quando aliqua contra
eum praecedunt indicia, aut torturam pati, tot. ut. si
quis iudic. non obed. quamuis Bertazol. in conf. 8.
num. 39. lib. 1. dicat, quod reus non tenetur respon-
dere, si non praecedant legitima indicia, vide D.
Thom. in 2. 2. quæst. 61. ar. 2. vide etiam Nau. in rub.
de indicij, num. 52. & seq. qui ex iure diuino, natu-
rali, & scripto, & canonico, & civili hoc planè de-
monstrat, & Sotum l. 5. de iust. & iur. quæst. 6. nu. 1.
& 2. vbi hæc vltima sententia comprobatur quic-
63 quid sit de practica, quam ¶ valde prædicti Docto-
res damnant, quæ sic seruatur, & non tenetur etiam
respondere, quando coram inimico iudice ab eo in-
terrogaretur. Nimis enim durum videtur coram iu-
dice tam suspecto iudicari, cum inde tristissimi se-
quuntur euentus, l. cum speciali, C. de iudic. Paris.
conf. 31. num. 89. in fin. vol. 1. & latius dicam in hac
3. p. sub num. 312. sed reus causam allegare tenetur,
cur reuquit respondere, & vi. Mar. conf. 44. num. 15.
vbi excusat Reum interrogatum de Delicto extra
Iurisdictionem Iudicis facto. Nec tenetur respondere
iuris ordine non seruato, vbi seruandus est, nec extra
propositum interrogatus, ar. §. consideremus in auth.
de trien. & semiff. vbi glo. Nec quando quis interro-
garetur sciens, quod nulla extet inditia contra eum,
quia dicitur interrogatus a persona priuata, non a
Iudice, vi. Nauar. Manuali confess. cap. 23. num. 35.
& quæ in seq. vers. dicam. Et quando reus fuit oportu-
nè interrogatus aliquibus in præcedentibus indi-
cij, & noluit respondere, primò Iudex ei torturam
minari, deinde, adhuc renuentem fatari aliquid liga-
ri iubet, & funi applicari; & si non vult respondere
dissolui, & in carceribus secretis custodiri; alia die
iterum monet, & renuentem ligari, & sustolli ali-
quantulum mandat, & persistentem in taciturnita-
te, dissolui & custodiri, vt supra; & tertia die adhuc
eo renuente, vltra suspensionem in tortura repente
demissus semel fuit, & remissus ad locum suum, ite-
rum interrogatus tandem respondit. Prædicta pro-
cedunt quando periculum non est in mora, verum
renitentia ista posset ortum habere ab ignorantia, &
insipientia, ab obliuione, & fatuitate, vel etiam ab
aliquo maleficio, & in hoc partes Iudicis sunt bene
aduertere, ar. tex. l. de ætate, §. qui tacuit, de interrog.
act. & quandoque sumere indicium ex taciturnita-
te contra testem, & cum alijs adimniculis constitui
illum reum super eodem delicto, per cap. qui tacet, ¶
64 de reg. iur. in 6. & cap. causam, de offic. deleg. ¶ ex
quo nolens respondere dicitur dolosus contumax,
glof. in l. quamdiu, ff. de acq. har. Ias. latè in l. quæ-
dotis, num. 69. & 76. ff. sol. matrim. cum taciturni-
tas sit præiudicialis, & loquendo impedire posset,
cap. nonne, de præsumpt. & in l. sæpè, vbi Bart. ff.
de re iud. Innoc. in cap. 1. de ijs, quæ fiunt à maiori
65 par. ¶ & ex hac taciturnitate insurgens suspicio ve-
hemens facit, vt meritò torqueri possit, Brun. de in-
dic. & tor. par. 2. quæst. 8. num. 4. & est præsumptio
contra tacentem, Bald. & Salyc. in auth. si quis in

fin. C. de adult. & Menoch. de præsumptio. lib. 1. præ-
sumpt. 7. nu. 54. Sigism. Scacc. de iudic. ciuil. crim. &
haret. cap. 86. num. 46. 47. & 48. vbi multa bona in
66 practica dicit in hoc proposito. ¶ Et licet regula sit,
quod non sunt sumenda arma de domo rei, cap. in-
ter dilectos, extra de donat. & l. de minore, §. tor-
menta, ff. de quæst. Bertazol. conf. 100. vol. 1. nedum
in criminalibus corporalibus, sed nec etiam in pec-
uniarijs, d. l. de minore, §. item Diui. Mar. in d. l. de
minore, §. tormenta, cir. fin. vbi limitat quando pe-
riculum animæ versatur, tamen hæc regula fallit,
stante authoritate liberi arbitrij, per quam recedi po-
test à regulis iuris communis propter causas urgen-
tes, vide in 1. par. num. 118. & in 4. num. 28. & quan-
do reus contra quem aliqua militant, tacendo præ-
stat arma indicia, non talia qualia in iudice ordina-
rio requiruntur præsumptioni contra se, faciendo
se suspectum, quo casu sibi imputet, cap. damnum,
quod quis sua culpa sentit, de reg. iur. in 6. quid re-
fert reo aut testi respondere per verbum nescio, vt
torturam respectu renitentia effugiant, ni præsum-
ptio sit scire maximè in casu recenti: posset forte reus
excusari, cum quis turpitudinem suam non tenetur
detegere per l. alijs, de iur. iuran. & Bald. trad. in l. si
eroditionibus, vbi addit lit. D. C. de ser. pig. & hanc
obiditionem sibi factam fuisse dicit Foller. d. pract.
3. par. nu. 4. per doctrinam Baldi in l. 1. cap. quomo-
do, & quando, & per alia iura, ex quibus inquisitus
non tenetur respondere positionibus curie crimino-
sis. Nam respondeatur de mente Follerij hoc non es-
se verum, quando quis iurauit dicere veritatem, &
Iudex ex officio interrogat iuridicè, seu seruato iuris
ordine, vel se sponte reus offert ad iurandum, vt ha-
bet Nauar. in man. cap. 12. num. 8. tenet Bald. in l. 2.
§. quod obseruari, C. de iura. calum. & Archid. in §.
item quod dicitur, sub cap. in ipsarum 22. quæst. 2.
vbi habetur, quod reus tenetur respondere Iudici
interroganti in casibus, in quibus iuxta supradicta
interrogare potest, vt dictum est, & veritatem dice-
re etiam si tractaretur de periculo mortis, & contra
testem vide, quæ infra dicam nu. 69. & 71. & quan-
do turpitudinem per testes est detecta quis tenetur
respondere, & detegere ore proprio coactus à Iudi-
ce, Ruin. conf. 142. num. 7. vol. 1. Salyc. in l. nemo
potest, de leg. 1. & procedit etiam in eo, qui licet de-
licti particeps sit, tamen non fuit particeps turpitu-
dinis, Ruin. conf. 194. num. 11. & seq. vol. 1. & Petr.
Anca. hos allegans in suis quæst. 47. nu. 7. 8. 9. & 10.
67 ¶ vbi an quis possit allegare turpitudinem suam, &
ideò si nolit respondere attenda qualitate indicio-
rum delicti, & personæ reus poterit torqueri vsque
ad tertiam vicem, & acriter, alioquin vltra quartam
torturam renuens respondere, eslet procedere in in-
finitum, quod fieri non debet, l. si. C. de Sacrosanct.
68 Eccl. ¶ Verum nemo tenetur respondere interro-
gationibus impossibilibus seu impertinentibus, &
ideò interrogatoria fieri debent oportuna, & non
extra propositum. Et in proposito scias qual. accusa-
tor non tenetur respondere positionibus in crimina-
libus, sed dantur interrogatoria contra accusa-
tum, Bald. in l. accusationem, num. 11. vers. alij di-
cunt, C. qui accusi non poss. secus si causa esset mix-
ta, & positiones tenderent ad interesse priuatum,
per cap. 1. de confess. in 6. l. 1. §. fin. ff. de quæst. & cir-
ca interrogatoria fienda, & super quibus interroga-
torijs quis non teneatur respondere, vi. Farinac. de
test. quæst. 73. num. 49. cum mult. seq. vbi sub nu. 72.
ait non esse admittenda illa vsque ad fi. d. q. interro-
gatoria, quæ habent vim capitulorum ad hoc faci-
unt, quæ dixi in prac. de test. p. 5. sub nu. 212. lit. E.
nec illa, in quibus rei facti sunt, nec illa, quæ de-
struunt, vt supra dicta testium.

- 69 † Quid si reus aut testis nolit iurare cum tenetur? & præcipitur ei iuridicè, vt coram me contigit; neque enim potui vnquam vlla ratione efficere, vt quidam versutus iurare vellet, ipse examinaui illum, deinde in tortura iussi eleuari, & in ea suum dictum sustinuit, quamuis essem benè secundum iura informatus de contrario, vt tradit Spec. in tit. de iuram. calum. §. superest, ver. quoniam dicatur haberi pro confesso, qui tenuit iurare quando tenetur, & debet iurare, per l. si confessus, ff. de custod. reor. hoc fortè quoad reum, licet in practica an hoc fuerit seruatum, minimè viderim, idèo tortura, præcipuè quoad testem, est sanum remedium, vt dixi in pract. de test. nu. 44. par. 3. & facit Soci. consil. 253. col. 2. sed si reus velit docere per iuramentum de innocentia, non admitteretur in criminalibus hæc purgatio canonica, Bart. in d. l. de minore, §. tormenta, de quæst. Abb. in cap. 1. in fin. eodem tit. de purgatio. Canon. D. Petr. Caball. cas. crimin. 84. Et Iudex potest cum iuramento interrogare Reum, quando sola diffamatio est contra illum, Bart. in l. maritus, in fi. vbi glo. de quæstio. Si autem adsint aliqua inditia tunc per torturam purganda sunt. Blanc. d. prac. in ver. Datis defensionibus num. 72. vti nam Iurantes iurarent ieiuni sicut cauetur in Decreto. PP. Cornelij, propter periculum anime quod valde imminet in Reo, et testibus in Causis Criminalibus. Quod decretum
- 70 fuit factum in Concilio Corneliensi, † & vigore liberi arbitrij Iudex noster non potest recipere testes sine iuramento, Bald. & alij in l. milites, num. 6. C. de testam. milit. & esse magis communem opinionem testatur Ias. §. in bonæ fidei, num. 29. Instit. de act. licet in l. admonendi, num. 225. de iure iuran. videtur inclinare in partem cõtrariam, quicquid Bart. dicit in d. l. filius familiæ, col. 2. ff. de donat. & dixi in pract. de test. num. 40. vsque ad num. 50. par. 3. vbi de vi, forma, & tempore iurandi, & quomodo intelligi debet quando testes sine iuramento potest recipere ex Soc. reg. 516.
- 71 † Et in proposito sciendum est, quòd testis, qui super capitulis productis deposuit, si super interrogatorijs partis aduersæ nolit respondere, redditur suspectus, nec ei creditur in eo, in quo deposuit Dec. in l. is apud quem, num. 45. C. de eden. Spec. tit. de testibus, §. iam de interrogatorijs, ver. interrogatorium, Alexand. consil. 100. viso, & discusso, col. 2. vol. 2.
- 72 † Si verò testis aut reus interrogarentur, non seruatõ iuris ordine, & minimè iuridicè, vt dixi, seu extra propositum non tenerentur respondere, ar. §. consideremus, in auth. de trien. & semiss. vbi gloss. not. & circa testem, vide quæ dixi in pract. de test. part. 1. num. 5. & in 5. par. sub num. 175. vbi non tenetur testis super delicto interrogatus respondere interrogatorijs tangentibus turpitudinem suæ personæ, quia hoc probandum est à parte, quæ per exceptionem turpitudinis fatagit repellere testem. Ad hoc vi. quæ dicam infra sub num. 333. par. 4.
- 73 † Quæ autem sint indicia ad torturam sufficientia superabundanter habentur apud Blanc. in sua repet. l. fin. ff. de quæstio. num. 43. cum seq. vbi loquitur in Iudice ordinario, cuius arbitrio licet relinquatur quænam sint indicia ad torturam sufficientia, quia certa doctrina dari non potest, l. 1. §. si expilatores, de effract. Card. & Bald. & Angel. in l. milites, C. de quæstio. dixi supra nu. 6. dicit tamen hoc arbitrium regulari secundum legis dispositionem. Sed in materia autoritatis Brachij Regij dico, si non possunt haberi indicia ita sufficientia, sat est si habeat aliqua, quibus iure naturali, & diuino, vel etiam canonico procedere potest, cum illo habeat absolutum arbitrium, & non regulatum à iure ciuili, vt sentit idem Blanc. numero 44. in fin. per quem supplet conscientia eius à iure informata, vt in 1. par. numero 28.
- 74 † Quæ de re Iudex noster poterit torquere, etiam non sufficientibus indicijs iure ciuili requisitis, Bart. Mar. & DD. in l. fin. ff. de quæst. Menoch. de arbit. quæst. 84. num. 4. Gand. in Rubr. de Malef. ver. item quæro nunquid potestas, qui habet arbitrium; Put. in verb. tortus, cap. 12. num. 1. & licet Brun. de indic. & tort. in quæst. 9. num. 16. dicat, quòd arbitrium datum Iudici ad torquendum intelligitur præcedentibus legitimis indicijs, tamen loquitur de libero arbitrio tantum, sed non de absoluto, & extra vires Brachij nostri Regij, vt infra dicam, cuius facultate Iudex non ita strictè ligatus est omnibus iuris solemnitatibus, vn de licet non adèo exacta indicia, vt in Iudice ordinario in eo requirantur, reliqua iudicij supplere potest: ea igitur stante, si testis erit infamis, vel aliàs iure ordinario repellendus, vt latissimè in pract. de test. in 4. par. dixi, per tot. † hæc extraordinaria potestate poterit (si habeat alia indicia probabilia) credere testi non credendo de iure ciuili, vt pluries dixi, & per Menoch. d. quæst. 9. numero 2. quoniam si facultas Brachij Regij datur ad effectum, vt veritas inueniatur, (stante difficultate probationum) & ne delicta remaneant impunita; vt etiam sæpè dictum fuit in 1. par. sequitur quòd etiam testes aliàs inhabiles admittuntur, l. quoniam, C. de hæret. Salycet. in l. ea quidem, C. de accusatio. & Blanc. de indic. numero 393. & seq.
- 75 † At nullo modo (prætextu huius arbitrij) fides est danda testi condemnato, vel conuicto de falso, vel malam assignante rationem, Decian. consil. 93. numero 66. vsque ad numero 73. volum. 2. Roland. à Valle, consil. 12. ex themate, volum. 3. at testis qui per torturam falsum dixit, non punitur de falso, Vital. tract. clausul. num. 13. † & notandum est etiam, quòd liberum arbitrium intelligitur datum quoad personas, & non quoad dicta examinatorum, sic Bald. ait in consil. 515. quidam fuit, num. 4. volum. 5. Crauet. consil. 13. Michael. David. lib. 1. Nec magna caterua testium sanare potest defectus, qui insunt in dicto testium, nec tollere minusque supplere, vt pract. de test. 5. par. num. 45.
- 76 † Et circa qualitates indiciorum Caso. in tract. de Malefic. præmittit tabulam indiciorum nominatim, quæ oriuntur ex persona, causa, facto, & dicto, ante, in instanti, & post, quæ tabula iudiciofa, & pulchra omninò est videnda. Ipse verò primum sumam indicium à fama, de qua per Blanc. de indic. numero 387. Monticel. reg. crim. 4. numero 25. & ni fallor copiosè in pract. de test. dixi in 1. par. num. 102. & 103. & in 2. par. num. 128. & 130. vbi an fama possit per vnum testem probari, & par. 3. numero 28. vbi quotuplex sit fama, & ibidem num. 27. & 103. quale sit indicium famæ, & par. 2. vbi an delictum per famam probetur, num. 66. cum seq. † & in summa, de fama constare aliter debet quàm per dictum Iudicis, Boss. in tit. de inquisitione, num. 23. 34. & 35. & ipse in d. 2. par. sub num. 130. de test. vbi notandum est in practica, quòd bona fama elidit malam in paritate, sed si bona fama sit in genere, & mala in specie, hæc elidit bonam famam, Alex. consil. 77. volum. 1. consil. 62. vol. 3. et Ro. consil. 67. quæ de re contra malam famam in genere, sit est probare bonam famam in specie, vt si dicatur ille est vir malus, potest probari bona opera facere, vt frequentare Ecclesias, erogare in eleemosynas, benè loqui de proximo, nec in specie quid mali fecerit auditum fuisse; et e contra si dicatur iste est vir probus, qui benè audit apud omnes, si aliter sit poterit probari aliquid mali quòd fecerit, vel quòd sit hypocrita, cum non faciat quòd ostendit facere, ab operibus cognosci potest: & hoc modo bona, vel mala fama probari potest secundum DD. quos

quos allegat Boss. loc. mox cit. & ibidem numero 37. recenser mirabiles effectus famæ, quando est rectè probata, & qualiter fama probetur, formiter docet Gram. consil. crim. 42. Farinac. de indic. & tor. q. 47. per tot. ¶ Nam fama facit credere id, quod fortè non est, & dicitur facere de albo nigrum, & idè quilibet pro obtinenda bona fama totis viribus laborare debet, facta §. si sub conditione, ff. ad Trebellia. & secundum quosdam expedit potius mori, quàm ob vitia perdere bonum nomen, quod quidem prævalet diuitijs, iuxta illud Sapient. Prouerb. 22. Melius est nomen bonum, quàm diuitia multa, vt not. in l. 1. hoc enim nomen, C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica, & scriptum est, Crudelis est qui negligit famam suam, cap. nolo, 12. q. 1. Nauar. in cap. inter verba, l. 1. q. 3. conclus. 2. num. 10.

81 ¶ Secundo loco malum nomen dicunt facere indicium; nam vulgare sequitur dictum, quòd nomina præsumuntur esse consona rebus, §. est & aliud, Inst. de donatio. vtputa si quis appelletur Scannauacha, Zanatta, Rampino, taglia borsa, guarda l'occhio, farinello, capelletto, & ijs similibus, qui lingua incognita loquuntur, videlicet in zergo, ut in statu Venetorum, Regni Romandiola, & alibi pestis hæc extensa est; & de hoc indicio uide Caso. de indic. & tor. cap. 7. & Blanc. de indic. numero 405 vbi dicit facere indicium in genere, per tex. cap. 1. ubi Canon. de depos. Put. de syud. in verb. mandauit Rex, cap. 2. num. 25. Felyn. in pro. m. decret. in verb. Gregorius, & Ias. in rubr. solut. matr. Verùm hoc indicium non est tutum, quoniam si à solo nomine, & cognomine natiuo, & familia argumentum sumeretur in malam partem, etiam nobiles & virtuosos torqueri deberent, quod absolum sit dicere, Boss. d. tit. de inquisitio. num. 164. cum mult. seq. Sunt enim multa cognationes seu familiae in Italia, & alibi, habentes cognomina auditu turpia, & valde ridiculosa, vt striglia porci, mangia vaccha, cazenigo, culagna, mangiaferro, asino, alinari, & ijs similia, ex quibus viri, & virtutes, & prudètia celebres quam plurimi prodierunt, ¶ ita vt nephas sit à turpi nomine seu cognomine indicium malum sumere, quameuis apud Platinam de Papa Sergio II. ann. 844. legatur, quòd ante creationem os suis vocabatur, hoc tamen repro-

83 batur ab Onuph. in annot. ad Platinam, ¶ qua dicit, quòd primus qui nomen mutauit fuit Ioannes Papa XII. qui prius Octavianus vocabatur, sed Pontifices proprium nomen retinuisse vsque ad creationem S. Greg. PP. & ab inde ceteros Pontifices aliud nomen sumpsisse testatur in lib. flos Sanctorum; & apud Sabell. Historiogr. 6. lib. habetur de appellationibus à virtute aut à vitio impositis; & sunt vice versa quidam nomine, & cognomine venerandi, & nobiles, qui consuetudinem in delictis ducentes vitam laqueo finierunt. Ergo fallax hoc indicium à nomine, & cognomine, ¶ non sic à denominatione, seu à suprà nominatione acquisitis ob vitia seu virtutes, vt per Sabell. loc. citat. nam mala denominatio originem à communitèr accidentibus habet à prauis motibus, & non est mirum si faciat indicium. Vnde qui stat videat ne cadat; ne vulgi fabula fiat, l. desertorem, §. is cui, ff. de re mil. l. si militari, ff. quibus, vt indig. Caso de tor. cap. 18. num. 17. et Diu. Paul. 1. Cor. 10. sic ait, qui se existimat stare, videat, ne cadat.

Scio, & à plerisque Doctoribus adduci solere malam physiognomiam, vt pote quæ aliquale indicium facere soleat, & quam tertio loco poni posse non ignorabam, & de qua plures pertractarunt philosophi; Aristoteles, Auicenna, Constantinus, Philomon, ac Meletius; verùm cum hanc nullum apud probos Iudices non solum indicium, sed nec conie-

cturam aut suspicionem facere posse existimem, totum hunc tractatum sciens volensque præterco, & curiosos ad superius allegatos remitto: monens tamen hanc etiam Ecclesiæ decretis improbari, vt pote, quæ Chiromantia genus sit, quæ in regulis indicis librorum prohibitorum, & in Bulla Sixti V. contra Astrologos nominatim prohibetur. Certè Iuuen. Sat. 2. scribit, fronti nulla fides; vnde signa omnia ex fronte, atque adeò ex omnibus corporis lineamentis sumpta satyrica mordacitate reprehendit.

85 ¶ Quarto loco mala conuersatio facit quem dici criminofum, l. ædiles, §. pedibus, de ædilit. edict. Marf. in pract. §. expedita, num. 91. Blanc. de indic. nu. 253. vnde verum efficitur illud Dauidis, Psal. 9. cum Sancto Sanctus eris, & cum peruerso peruerteris, Carer. de indic. & tor. §. octauo, num. 10. in fin. D. Menoch. de arb. quæst. 89. num. 87. in fin. verum prauæ conuersationis testimonia, cum aliquibus alijs ad inuiculis indicia aliqua generant. Nam bonorum cum malis conuersatio quandoque fit ad correctionem, vt inquit S. August. super Psal. 54. quod in officio habetur hebdomadæ sanctæ, feria quinta, in Cæna Domini, in Ecclesia: Omnis malus, dicens, aut ideo viuit, vt corrigatur, aut vt per eum bonus exerceatur. Vtinam qui nos modo exercent conuertantur, & nobiscum exerceantur, tamen quam diu ita sunt, vt exerceant nos, non eos oderimus, quia in eo, quod malus est quis eorum, vtrum vsque in finem perseueraturus sit, ignoramus, & plerumque cum tibi videris odisse inimicum, fratrem odisti & nescis. Diaboli & Angeli eius in Scripturis sanctis manifestati sunt nobis, quòd ad ignem æternum sunt destinati: ipsorum tantum est desperanda correctio, contra quos habemus occultam luctam, ad quam luctam nos armat Apost. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem (Ephes. 6.) sed aduersus Principes, & potestates, & Rectores tenebrarum harum. ¶ Sed conuersatio diutina cum malis, & verbalis tantum bonitas, hæc causat dolorem, & parit iniquitatem, si bonis operibus non fuerit associata, quia buone parole, & tristi fatti, ingånano i saui, & i matti: qua de re obsequium quod malis præstatur, laudabile esse debet, & honestum.

87 ¶ Quinto loco mendacium succedit, de quo etiam dixi d. pract. de test. par. 1. num. 126. & par. 4. nu. 96. Rol. cons. 8. & mendacium contra vagabundos suspectos facit indicium, quòd sint fures, iux. illud vulgare, Chi è bugiardo, è ladro, & de hoc Put. in verb. tort. 1. cap. 5. num. 6. vbi mendacium, vt faciat indicium, debet esse cum iuramento, & esse alicuius momenti. Hinc scire te volo quod expertus sum. Nam aliquando viros adeò pauidos in conspectu iudicis respondisse factum narrando aliter quàm sequutum sit, non dolosè, sed meticolosè, nam si factum prout fuit narrauissent, nullam pœnam incurrisse, ex quo illud factum punibile non erat, tamen de non delicto delictum commiserunt narrando factum cum mendacijs, et idè suspectos sese reddiderunt, et pœnæ Reos se fecerunt. Ias. in l. si quis nec num. 22. si cer. per. Menoc. de arb. Cas. 307. Hinc etiam dicit Ang. cons. 194. num. 2. quod propter mendacium quis poterit puniri pœna stellionatus quamuis mendacium non afficiat dicto suo quominus ei credendum non sit. Sequitur Marf. cons. 37. viso tenore sub num. 6. Butrig. in l. Luctus, de infamibus.

88 Sexto loco rubor, vt apud Terent. erubuit, salua res est, sed non semper verum; quoniam alij à natura pro minimo erubescere solent: alij propter præsentiam Iudicis, & locum Tribunalis, alij cum sint innocentes, & honorati ægrè ferunt interrogari de factis,

factis, & rebus obscœnis, quare non mirum est si ira accenli erubescant.

89 † Septimo fuga indicium facit, Blanc. de indic. numero 277. & 278. D. Menoch. de arb. iud. cas. 474. numero 48. Mascard. de probatio. conclusio. 1311. numero 53. intellige si iam fuerit delatus, verum apud Iudicem nostrum fuga, siue ante, siue post semper facit indicium, quando quis fugit secuto delicto, sed per spontaneam representationem tollitur hæc sinistra opinio sumpta à fuga, & de hoc indicio dixi in pract. de test. in 3. par. sub numero 203. & in hoc tract. in 2. par. num. 84. 91. 115. & alibi. Put. in verb. tortura, 1. cap. 8.

Et ultra prædicta hic, & supra in 2. par. sub numero 88. cum plur. seq. vi. Iacob. de Beluis. in sua pract. in Rubr. de fug. Reorum, & de criminoso Remisso à numero 4. vsque 10. & ultra, vbi distinctè loquitur quando fuga indicium facit, quando aggrauat, & quando non. & regulariter sola fuga non probat, sed aggrauat, Petr. Duen. reg. 389. nec post accusationem sola fuga facit indicium ad torturam, si persona non sit vilis, aut mala qualitatis, secus ad inquirendum, vt reg. 390. & 391. vel visi fieret cum fractura carcerum, vt supra numero 88. in 2. par. & per Duen. Reg. 392. & 393. vbi de pœna frangentis Carceres, & ad Statutum vi. Bonacoff. d. quæst. crim. in d. ver. fuga. Et fuga de se non est maleficium, sed signum maleficij, vt infra in 4. par. de eo qui visus fuit fugere cum gladio sanguinolento, est bene fuga de se delictum quando fit contra præceptum, & pœnam comminatam à Iudice, si fugiat, vel nisi cum rebus, vel seruis alienis quis fugiat, vt distinguit Stracc. tit. de Decoct. 2. par. vlti. par. sub numero 6. vbi recenset Bal. consil. 382. in quadam quæstione Mediolani, & Bart. & alios in l. 1. C. de feru. fug. vbi Capol. sed magis diceretur hoc casu furti delictum, quàm delictum fugæ. Quæ de re sola fuga est de se delictum quando comminata fuit pœna ne discederet, neve fugam faceret, vel ita statuto cauere, alias non est delictum etiam quod quis captus, vel carceratus indebitè fugeret, nam vnicuique licet redimere sanguinem suum, l. 1. de ho. damnat. vnicuique licet fugere mortem, & continuos Cruciatu, C. si nulla, 23. quæst. 8. & libertas res est inæstimabilis, & naturalis etiam in Brutis, §. 2. Institut. de iur. person. vnde non bene pro toto libertas venditur auro. Hinc dicitur quod si quis prohibetur facere id, quod est contra libertatem, & voluntatem, magis ille in vetitum nititur, prout est quando prohibetur facere id, quod est licitum, & non malum, attamen punitur contemptus præcepti, & prohibitionis, vt in 4. par. in materia statutorum exorbitantium. Similiter si dum quis ad tritemes transmittitur fugiat, ei licet, tamen punitur, quia est effectus obnoxius pœnæ tritremium. Institut. de oblig. quæ ex delict. nasc. per tot. Et in hoc proposito aliqui tenent, vt is fugiens, mori debeat, sed de consuetudine seruatur Contrarium, quando fugiens est vir aptus ad remigandum, sed vel frustris ceditur, vel iebus funis plectitur, & duabus catenis ligatur si est Christianus, si verò Infidelis nares, & aures mutilantur, vel ferro candenti in fronte signatur: & ita dum eram Auditor Excellentissimi Principis Auricæ semper seruati vidi: veruntamen quilibet abundat in sensu suo. Secus si quis ad hostes fugeret, quoniam tanquam transfuga capite puniretur, l. desertorem, §. is qui, ff. de re milit. pulchrè per Decia. de Delict. tom. 2. lib. 7. tit. 14. per tot.

90 † Octaua resistentia, quæ fit, ne malefactor capiat à familia, indicium facit, Carer. in sua pract. numero 123. 131. Marfil. in l. 1. ff. de fcar. numero 25. & 68. Put. in verb. resistentia, Capol. conf. 14. Blanc. de indic. numero 294. & Iacob. Nouell. pract. &

Theor. caus. crimin. in forma conspicien. Cadauera, numero 20. Blanc. de indic. numero 294. versic. prohibens, sed quando resistentia est iusta, vt dixi in hoc tract. in 1. par. numero 219. & in 2. par. numero 46. 53. cum plur. seq. tunc nullum indicium facit, secus quando est illicita.

91 † Nono, dictum socij criminis, quando alios spontè nominat, & id, quod dicit est verisimile, indicium facit, l. sicuti, & ibi Bald. C. de quæst. præcipuè stante mala qualitate nominati, Blanc. de inaic. numero

92 141. 246. & 410. & seq. si sit solitus delinquere, & tunc verificatur si bis, aut ter deliquit, Caso. eo. de indic. & tor. cap. 4. numero 4. & cap. 16. numero 16. & de vi huius dicti infra in hac par. & supra in verb. hic opportunè, 18. & infra in ver. exculpatio socij criminis, & in pract. de test. 4. par. numero 69. & in 5. par. in princip. vbi de materia socij criminis, quid in pract. seruandum dixi, & per Cartar. tract. de execut. sentent. capt. bann. numero 74. cum plur. seq. ubi videtur restringere ad casus exceptos, & ait sententiam fundatam super dicto socij non mereri executionem, contra contumacem intra annum captum.

93 † Decimo, indicium præstat assertio vulnèrati, Clar. quæstio. 21. & ibi addit. sed hoc verum, si vulnèratus fuit per diem unum mentis planè compos, per ea quæ dixi infra in verb. exculpatio offensi, Grammat. decisio. 35. numero 7. Menoc. cas. 99. numero 16. maximè si post susceptam Sanctam Eucharistiam ita asseruit, Bal. d. consil. 25. volum. 1. maximè quando offensus nullas habet inimicitias cum

94 alio, † alioquin incertitudo vitiat indicium, Clar. §. homicidium, ver. alia est etiam, quæstio. 60. versic. vidi ego Bertazol. consil. 395. Menoch. de arbit. cas. 362. & de incertitudine vide Alberic. in l. item Mela, numero 6. ad leg. Aquil. vbi adde Ioan. Anton. de Rubeo, tract. crim. diuerso. tit. de potesta. Proc. & defens. in caus. crim. num. 167. & 168. vbi an vulnèratus possit pro vulnèrante comparere.

95 † Vndecimo, maximum indicium præcedens inimicitia in dubio facit, Clar. d. quæst. 21. ver. inimicitia, de qua latè dixi in pract. de test. par. 4. numero 24. 205. 240. vbi plures adduxi, ver. sed in hac, & licet regulariter testis inimicus sit repellendus, tamen virtute lati, & absoluti arbitrij poterit admitti, vt supra dixi, & tenet Bart. in dict. l. filiusfamilias, colum. 2. ff. de donatio. vbi etiam admittit potest surdum, & mutum, Innocent. in cap. sciscitatus, extra de reseru. hoc verum cõcurrentibus alijs adminiculis, & multò magis quando Iudex noster est in conscientia certus hunc inimicum veritatem dicere, vel ad eò valida possent esse argumenta, vt testis iste veritatem dicat, & ei credendum sit, sed non tantum quantum alijs, Mascard. de probatio. in verb. inimicitia. conclusio. 900. & conclus. 902. vbi alios allegat, & quid si pax, aut venia præsentantur? dico non facere indicium, glos. singul. in cap. exhibita, de homicid. quam sequitur Rom. in l. 1. §. Nouatio. ff. de nou. oper. nunciat. Grammat. consil. 34. numero 5. & Neuiz. consil. 68. Mascard. conclusio. 501.

96 † Duodecimo, minæ solæ præcedentes ab eo factæ, qui est solitus executioni mandare minas, validum indicium faciunt, dixi in pract. de test. par. 3. numero 202. & Clar. dict. quæst. 21. ver. minæ. multò magis consulto de delicto, Brun. de indic. & tor. quæstio. 3. 1. par. numero 33. & de odio, Crau. consil. 3. numero 3. Mascard. de probatio. conclus. 1057. & Menoch. de præsumptio. quæstio. 89. numero 65. At si offensus plures alios, & ob diuersas causas inimicos haberet, tunc minæ solæ non facerent indicium, nisi ad inquirendum, Caso. tract. de indic. c. 1. numero 17. tamen hoc erit in arbitrio Iudicis nostri, Put. de syndic. in verb. tortura, 1. cap. 6. num. 1.

& experientia docet quod homines vindices, & peruersi occultè se vindicant, & operantur culpam re-
torqueri in alios.

- 97 † Tertio decimo, qualitas malæ personæ non modicam præsumptionem facit, quando quis est solitus delinquere, Blanc. de indic. numero 240. & seq. Put. in ver. tortur. 1. cap. 5. & qui dicitur solitus delinquens, habetur per add. ad Bertazol. conf. 213. lib. 1. & dixi suprâ numero 122. vel est ingenio ferox, & vagabundus, & pauper, Clar. quæst. 39. versic. ceterum, & versic. seq. vbi dicit illum esse vagabundum, qui per mundum vagatur, vide Claud. Reg. crim. 7. Mascard. de probatio. conclusio. 1395. Bart. in l. 4. ff. de damn. infect. Ang. in l. si subducta, C. de fur. Qui oberrantes, nullam artem exercentes alienam substantiam ludis, & tabernis, ac postribulis dilapidant, arripiunt, consumunt, & à communiter accidentibus sunt fraudatores, Blasphemi, & lufores, ac luxuriosi quorum fines interitus, quorum Deus venter est. Varro. lib. 3. cap. 16. de Re Rustic. † Item si quis scortator sit publicus, & publica lupanaria consecratur, de quo hominum grege Cic. in Catil. ait, bellum cum Catilina nō magnoperè pertimescendum, cum in hoc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem Prætoriam, similiter lufores pauperes, & viles, de quibus per Salye. in l. ea quidem, C. de accusatio. Baiard. ad Clar. in §. ludus, numero 14. vbi fraus in ludo à ludentibus probari potest, item consuetudinarius blasphemator, qui impudentissimè contra Deum os profanum aperit, & furibundè nomen eius benedictum profcindit, quantò magis contra homines sese facile commouebit? quod sanè hominum gentis, vt plurimum malum finem sortitur, D. Menoch. cas. 375. de arbit. contra quos utroque gladio procedendum est, Abb. cap. 2. numero 4. de maled. & attentis adminiculis indicium magnum blasphemus facit contra se, & similes sunt suspecti de hæresi, Baiard. ad Clar. in §. blasphemata, numero 4. & seq. & num. 11.
- 99 † vbi licet pœna statuta esset peccatiaria in blasphemio, tamen tortura locum in eo etiam habere possit, & tunc magis malæ qualitates prænarratæ, & similes indicium faciunt ad torturam, quando meretrix est offensa, quia ex ea præsumitur contra scortatorem, sicut ex concubina contra concubinarium, & ex lufore contra collusorem, & sic in similibus idem est indicium; quia iusto Dei iudicio, qui fuit occasio ruinae, est etiam condemnationis occasio, vt in eo in quo quis peccauit luat pœnas.
- 100 † Quarto decimo, confessio extraiudicialis delicti (delicto secuto,) aut iactantia est inter alia indicia validissimum indicium concurrente verisimilitudine, Gomez. var. resol. de delict. cap. 13. numero 8. vbi tenet requiri ratificationem, & Mascard. de probatio. conclusio. 350. & conclusio. 871. Menoch. de arb. cas. 331. Caball. cas. crim. 81. & expendere multum, & ludere magnam pecuniæ quantitatem, quando quis est pauper, arguit eum, qui hoc facit, furem esse, confitit de furto, Bertazol. consil. 213. volum. 1.
- 101 † & no. quod confitens extra iudicium se glorians delictum commisisse, Iudicis arbitrio punitur, Menoch. de arb. iud. cas. 331. & vbi iustitia rectè gubernatur contra illos, qui nullum exercitium nullamve artem faciunt, nec bona possident, & tamen benè induunt, melius comedunt, domum apertam tenent, de ijs (si aliquod furtum fiat occultum in illa Ciuitate) quid præsumendum cogit. tu Baricelle, & vigila ne clauibus adulterinis Apothecæ aperiantur, dum alij dormiunt. Ceterum quoad confessionem extraiudicialem, quæ vocatur hoc in loco iactantia: & numero 220. & 227. cautela erit coram Iudice statim reuocari, quia ex ea torturam effugies, & sufficit allegare errorem, vel vaniloquium. Bal. in l. 1. C. de

confess. Ias. in l. Magistratibus, de iurisdic. omnium iudicum, Blanc. pract. d. ver. numero 64. sed caue à tali cautela in grauibus.

- 102 † Quinto decimo, huic accedit dictum eius, qui prius nunciauit aliquem fuisse interfectum, quia sæpè complices sunt primi, qui nunciant homicidia, vt inquit Put. de syndic. in verb. tortura 11. cap. 1. nu. 4. & sollicitant Curiam, vt de maleficio inquirat, & sæpè fit iudicio Dei, vt quis fit in occultis contra se testis. Et ipse quando monitus fuit à personis non intercessatis, nec ratione officij, nec ratione offensi sistere iussi nuncium, donec constitit mihi de delicto, & secundum qualitatem personæ, aut in carceribus
- 103 custodiri iussi, aut sub fideiussione relaxari. † Et è contra taciturnitas, & negligentia vxoris, seu aliorum de domo, in qua quis inuentus est post lapsum temporis interfectus, indicium facit contra vxorem de nece mariti, & alios de dicta domo, Put. in d. ver. tortura, in cap. 1. num. 8. Blanc. de indic. num. 299. simile indicium facit, qui repertus est iuxta locum delicti, & est malæ qualitatis, & aptus ad talia committenda, & frequenter in eundem locum visus est ire, & redire, modò alloquens vnum, modò alium, & semper de eadem re nouum se facit, & mirandum, Bart. in l. 3. ff. de fur. & Put. de syndic. in ver. tortura, 1. cap. 2. numero 1. & 2. vbi ex mutatione coloris, & ex inepta locutione reum se facit, Luc. de Pen. in l. euictione, C. de ver. pub. lib. 11. & Blanc. de indic. numero 300. & seq.
- 104 † Hinc aliud insurgit magnum quidem indicium, quod datur, quando homicida occulto in præsentiam cadaueris existente, tanquam innocente, sanguis in conspectu eius è cadauere mortui emanat; quod ego ipse vidi in quodam nobili noctis tempore occiso, qui mane sequenti in agro repertus, quampluribus rusticis, vt de more est, atantibus ad custodiam, sanguinem è vulnere emisit, verum cum tot essent, ignorauit, quò me verterem, sed opportunum erat iuberet, vt omnes procul starent, deinde vocare vnumquemq; sigillatim, eosq; singulos ante, & iuxta cadauer statueret; postea verò còpertum est vnū ex dictis astantibus fuisse interfectorem, & de hoc indicio per Blanc. de indic. num. 408. & sanguis clamat vindictam contra interfectorem, Cas. de indic. & tor. vbi adducit Arist. in problema cap. de naribus, & Luc. lib. 4. in hoc versic. Emicat in partem sanguis, vnde icimur ictu. Et sanguis Abel clamat vindictam contra Cain de terra, vt habetur in Genes. cap. 4. vide Farinac. de indic. & tor. quæst. 36. num. 61. & quidem nuper valde letatus sum Martinum Delrio Societatis Iesu Theologum huius indicij in lib. 2. diuis. magic. mentionem facere, causamque rei huius reddere, nempe antipathiam quandam, quam mortuum cadauer in eum habet, à quo vita priuatum est. † Simile indicium sumitur ab eo, qui est visus exire ex domo interfecti gladium cruentum gestans, & post modicum auditus est clamor, & multò magis si vulneratus asseruit, à quo fuerit vulneratus, Put. de syndic. in verb. tortura, 1. cap. 1. nu. 4. vbi si talis fugeret per plateam, vel etiam per viam publicam dicto gladio sanguinolento armatus, non esse dubium ait hunc fateri se maleficio notorium commisisse, secundum Innoc. in cap. statumus, de offic. deleg. Blanc. de indic. num. 297. & 300. & eò magis si visus sit illum vibrare, licet non fuit visus percutere, aut ferire, Blanc. num. 302. fallit in lanio aut barbitonfore. Norsino quoque, & in Cauadente, non in Cinganis.
- 106 † Sexto decimo, inconstantia, trepidatio, pavor, contrarietas, variatio, hæc circa negotium principale, & in personis, quæ verisimiliter delictum committere potuerunt, Felyn. in cap. verisimile, de præsumpt.

sumpt. faciunt indicium, Ang. de malef. in verb. fama publica, num. 105. & ibi August. & de ijs omnibus apud Boss. de indic. & considerat. ante tor. per tot. Clar. d. quæst. 21. & Brun. de indic. p. 1. & Blanc. nu. 259. vsque ad num. 265. Put. de syndic. in verb. tortura 1. cap. 5. num. 6. & 7. vbi allegat Lucam de Penna, dicentem, quod prædicta sunt signa malæ conscientia, tamen non est fundandum iudicium solum in vna ex dictis qualitatibus, quia multi multum timent, licet innocentes sint, vt dixi supra num. 87. vers. sexto, & alibi, & per Put. d. cap. 5. per tot. & de ijs quando occurrant, & stare debet in actis.

107 † XVII. Allocutio secreta frequens, ac frequentatio præcedens extraordinaria ad locum, vbi delictum secutum fuit, faciunt indicium de tractatu præcedenti supra vers. 15. & Blanc. num. 300. sicut aggressio, & insultatio nullis præcedentibus verbis, Blanc. num. 232. 234. & 235. vbi de assistentia ad delictum, per quam quis audacior fit ad delinquendum, & num. 237. de qua assistentia maleficio latè loquitur Borgn. decis. 19. in 5. p. de malef. vi. in 4. par. sub num. 186. vers. & quoniam, sed si quis reperitur præfens maleficio non præsumitur in dubio assistere data opera, Placa epit. delict. cap. 16. num. 10. ad auxilium præstandum: præcipuè quando assistens est armatus, & amicus alterius ex rixantibus, & num. 303. in verb. prohibere potens, si non prohibet est in culpa, l. culpa caret, vbi Dec. ff. de reg. iur. in 6. & Blanc. d. num. 237. dicit de indicio, quod oritur ex præparatione insolita armorum, & melius num. 67. 68. & seq. de hoc indicio in materia armorum vide Farinac. de indic. & tor. quæst. 52. vbi latè, & maxime quando arma reperiuntur sanguine conspersa, seu madida, & delictum recens.

Est verissima in iure conclusio illa, quod assistens delicto in dubio præsumitur casu assistisse. Bar. in l. 1. de ser. corrupt. & alij quos adducit Plac. Epit. Delict. lib. 1. cap. 16. sub num. 10. Bal. & Ro. in l. 1. §. sed si in eo. ff. ad Sylla. Paris. consil. 164. nu. 11. vol. 4. Menoch. de arb. cas. 350. num. 2. & 3.

Verum ex alijs præsumptionibus percipitur quod data opera, & non casualiter ibi assisterit, vt offensus timidior, & offendens audacior redderentur, vt per filij, in cap. sicut dignum, de homic. nu. 5. ad August. ad Ang. de Malef. in verb. & d. Andreas, nu. 4. & qui contrarium tenent, eorum opinio procedit in pura fixa, & non in delicto animo deliberato atrocissimo, vt etiam videtur sentire Bertazol. consil. 106.

Hinc dicitur quod Homicidio patrato apostato, & vt dicitur à sanguine freddo, nullis dictis verbis, & vulneribus proditoriè illatis arguunt tractatum præambulatum sciuisse. Bal. in l. hæc verba, ff. de ijs, qui. not. infam. Marc. Ant. Blanc. in sua pract. crim. in ver. vis indicij, num. 72. inibi fuisse data opera, sicut de Peregrino Vernacino, qui assistit tali homicidio patrato ab Amadore Vernacino eius cognato, & à Nicolao de Chelis, vt probant decem testes ad offensam, & in processu defensionis testes pro dictis inquisitis idem non negant. N. & ultra quod est consanguineus homicidæ est etiam nepos Bontæ vnius ex inquisitis qui alias vulneratus remansit à dicto Luca occiso.

Prima ergo Coniectura erit, quia. N. inibi prope delictum assistens, & sistens est de parentela homicidarij, arg. l. Procula, ff. de probatio. Nam consanguinitas parit Coniecturam ad fauorem consanguinei, vt per Menoch. de præsumptio. lib. 1. quæstio. 28. numero 13. Nat. consil. 458. volum. 2. per totum, vbi contra assistentem.

Secunda Coniectura est cum is consanguineus inibi armatus entè sub brachio tenens in auxilium fuisse dicunt, e che impugnò la spada apertè dicit. N.

testis ad defensionem. Concordat cum supradictis. 1. & ista coniectura est adeò potens, quod tergiuersari non potest, vt in l. 1. C. de rapt. virg. & tex. & Doct. in l. is cuius ope, ff. de adult. Alex. in l. is qui opem, de fur. eo quia delictum patratum, & præmeditatum fuit. pulchrè Mascard. alios allegans, de probat. conclus. 159. num. 16. & in d. conclusio. num. 5. & 6. ait procedere quamuis is armatus prope, & etiam remotè assistit: & etiam si arma non tractarit, num. 7. & 8. nec aliquem actum fecerit, idem Conclus. 1144. num. 8.

Tertia Coniectura est, quia is assistens nihil dixit aduersus homicidarios, sed tacuit in momento enfem sub sela posuit, & impugnavit, & tenebatur saltem acclamare, & prohibere verbis ne tale scelus patraretur vnde succedit reg. culpa non caret qui sit prohibere potest, & non prohibet. l. culpa, de reg. iur. cap. quando, de sentent. excom. Rom. consil. 95. Blanc. de indic. num. 236. & licet Iacob. Nouell. dicat id procedere de iure canonico in sua pract. sub num. 88. tamen in ijs delictis exceptis, vbi cadit periculum animæ vtrunque ius armatur.

Quarta Coniectura est, quia is Assistens visus est eo mane paulò antè Delictum, in societate dictorum homicidiariorum, vt probat N. testis. Sed quod Demum patrato delicto dictus N. associando homicidas infecutus sit illos, & cum eis fugij dicunt testes, adeo quod ista fuga cum delinquentibus, & associatio post delictum illum Reum quoque associantem facit. Blanc. in d. tract. de Indic. num. 236. & 237. Iacob. Nouell. d. prac. crim. Bal. & Rom. in l. 1. §. sed in eo. ff. ad Syllaniam. Mascard. de probatio. d. conclusio. 1144. numero 12.

Accedit quod iste N. non dormiuit amplius in eius Domo, vt ex relatione Baricelli, sed se absentauit, & moratus est cum homicidarijs in ciuitate Luca, vt etiam deponit Rinald. & non est dubium quod Culpa facit aliquem culpabilem, antequam contra ipsum inquiratur. Iacob. Nouell. d. pract. crimin. num. 75. maxime supradictis concurrentibus, Bertazol. consil. crim. 474. num. 22. in 2. vol. idem in consil. 106. num. 13. vol. 1.

Qua de re vndique Conuictus dicitur, & Reus est iudicij, saluo & c. qua pena autem is assistens puniatur, vi. in prima par. sub num. 79.

108 † Decimo octauo, Contumacia maximum indicium facit contra bannitum captum, & non spontè se iudici sistentem, Mars. pract. §. diligenter, nu. 136. latè Cartar. tract. de execut. sent. capt. bannit. cap. fin. num. 180. & infra dicam. Multa sunt indicia, quæ vbi que inueniri possunt apud Doctores supra allegatos, ad quæ breuitatis gratia me remitto, sat est quod ea, quæ sunt frequentioris vsus strictim tetigi: tamen plura sunt negotia quàm vocabula, & in ijs summoperè versatur Iudicis prudentia, & longa experientia, & permissu Dei indicia quandoque animantia dederunt. Nam sæpè cadauera sepulta à canibus exhumata, vel à suis vidi, quandoque à coruis, & cum quidam vxorem interfecisset, & clam illum sepelisset, canis illius frequenter, vbi erat vxor sepulta ibat, & redibat, & ita repertus fuit vxoricida & punitus: de ijs multa exempla apud Valer. Maximum.

109 † Insuper sciendum est alia esse indicia proxima, & alia remota, de quibus dixi in d. pract. de test. par. 4. Clar. quæst. 64. vers. sed quarto, & Pedemont. decis. 79. num. 15. latè Bursat. conf. 201. pro dilucidatione, & D. Menoch. de arb. iud. cas. 270. num. 7. & 8. ait indicia, quæ Latini signa appellant multiplicis generis esse. Aliquando enim appellantur indicia necessaria, vt est indicium de proprio visu, & de certa scientia, præsumptiones iuris, & de iure, de quibus latè per D. Menoch. de præsum. lib. 4. præsum.

sum. 10. & est tex. & glos. in l. capite quinto, de adult. & dixi in pract. de test. 3. par. num. 184. 195. & 196. & 197. vbi necessariam probationem esse præsumptionem iuris, & de iure, & num. 204. & 205. Aliud est indicium credible, siue verisimile, & hoc quando ita esse potest habetur, ca. quia verisimile, de præsum. & D. Menoch. de arb. dat quædam exempla, vnum iudicij Salomonis, quod habetur 3. Reg. c. 3. & in ca. afferte, de præsumpt. vbi contententibus duabus mulieribus super filio viuo Salomon Rex finxit se velle diuidere puerum viuum. & illa quæ vera mater erat noluit, sed maluit eo priuari, vt viuus potius suus filius remaneret; Aliud exemplum de Carolo Magno, nesciente quinam homicida esset, an pater, aut filius, qui vtrumque condemnauit pœna homicidij, quam ob causam pater se solum esse homicidam patefecit. Aliud exemplum de solito delinquere, c. semel malus, de reg. iur. in 6. de præcedenti inimicitia, de misis, & alijs, de quibus supra, ver. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 11. 12. 13. & 15. & de isto indicio vide Duaren. in l. disputationum, c. 27. vbi dat duo exempla, quando probatur aliquem fuisse in illa domo, ex qua res tunc subtracta fuit, est aliud exemplum, vt contra vicinos pauperes, & viles, vel famulos, quod hic adaptatur, l. octaui, C. vn. cognat. & Bald. in l. excusantur, de excu. 11. sat. tur. ¶ ponit differentiam inter indicium, & præsumptionem; nam præsumptio animum remouet, sed indicium per oculos, vel per aures percipitur: Ad minicula sunt indicia vehementia, sed non proxima & ad minicula variè à varijs DD. appellantur, ab alijs quandoque suspiciones, ab alijs præsumptiones, ab alijs coniecturæ, de quibus per Farinac. de indic. quaest. 43. num. 156. cum multis sequent. tamen residet in arbitrio Iudicis qualia esse debent talia ad minicula, Menoch. cas. 474. num. 37. Mascari. de probat. 112. conclusio. 113. l. sub num. 53. ¶ Argumentum est, quando plures coniecturæ, aut præsumptiones, seu probationes concurrunt ad conclusionem; coniectura est representatio vnus ex aliquo alio sic verisimiliter ordinato, & tandem verisimile est, quod stare potest, vt dixi, & de ijs omnibus apud Par. de Put. de syndic. in verb. tortus, c. 2. per tot. & in cap. 3. nu. 11. 12. & 13. Boss. alleg. tit. de indic. & considerat. 21. tor. num. 1. 2. 3. 4. 17. 34. 38. 43. cum seq. & Farinac. de indic. & tor. q. 36. à nu. 27. vsque ad fin. d. quaest. Sed in hac indiciorum materia, quamuis multi multum laborauerunt, tamen hoc verum est, quod certa doctrina assignari non potest, nisi magna experientia à bonis Magistris adiscita non in scholis, sed in exercendo officia criminalia. Et præsupposita practica Clari (quem semper libenter sequor) vt tuta, & singula singulis referendo, ex omnium dictis recolligo, & dico sic:

Indicia aut sunt hominis, aut bruti, aut rei insensibilis, & hæc omnia, aut sunt proxima, aut remota, vel remotissima: Hominum indicia sunt proxima, quando deponunt de visu, & de auditu proprio in ijs quæ circa hos duos sensus versantur. Remota, quando quis audiuit, & non vidit, vel si vidit è longinquo vidit; Remotissima, quando ante delictum vociferari audiuit, vel per minas, vel ob malam qualitatem contra inculpatum suspicatur, vel de auditu alieno: Brutorum indicia proxima sunt, quando culpa domini animal, quod ligatum debebat teneri solum damnum dedit, & inibi repertum fuit, vel quando canis fidelis irruit, & insecutus est occisorem domini domus, vel alterius fugientem quando delictum sequutum fuit; remota, quando post aliquod tempus detegit cadaver personæ occisæ, cuius canis erat; remotissima ob latratum contra furem noctis tempore. Insensibilium indicia, vt vites, & arbores repertæ incisæ in domo inculpatis in totum, vel in parte, aut

segetes combustæ: vel quando quis exijt è domo interfecti gladio sanguinolento, vel reperta fuere arma sã guine aspersa, vel ensis in ancipite cæsus, vel puncta curua, aut sclopus sub cubili absconditus, ex quorum genere armorum de recenti delictum factum fuerit; Remota, si arma fuere ab altero in domo inculpatis reposita, vel ei accomodata; remotissima, vt de schallis repertis ad fenestram domus delicti, vel si pileus, aut pallium in via noctis tempore reperirentur, vbi delictum fuit commissum, & sic de similib. Dicuntur pariter indicia leuia, & leuissima: Leuia, quando cau sa ob quam est leuis: leuissima, quando in sola suspicio non resident, de ijs omnibus consule Farin. Menoch. Boss. & Clar. Blanc. Gand. & alios scrib.

113 ¶ Nunquid autem stante hac Brachij Regij facultate possit Iudex noster sine inditijs præcedentibus deuenire ad torturam? & breuiter dico, quod stante maxima difficultate probationum, & mala qualitate personæ, vel atrocitate delicti, & diffamatione, vel alio indicio verisimili, seu probabili, non est dubium, quod Iudex torquere possit, vt colligitur à Clar. q. 64. vers. dixi etiam, & vers. dixi quoque, latè Burf. conf. 201. & Guid. de Suzar. de indic. & tor. nu. 38. Caso. eo. de torment. c. 5. num. 4. & 5. concurrentibus, vt dixi qualitate personæ, & diffamatione, circa quam vide Farina. de inquisit. nu. 20. cum ibi per eum add. & querela. Sed quando nec indicium de auditu præcederet (iuxta ea quæ dicta sunt in pract. de test. in 5. p. nu. 157. & 160.) nec fuga, nec aliud ad miniculū verisimilitudinis haberetur, secundum Put. in verb. tortus, c. 13. nu. 3. vers. vnde sine inditijs, tunc non obstante hac regia facultate Iudex non poterit quem torquere, Boss. de indi. & Conf. an. tor. nu. 13. 24. Affl. quem Gramm. alleg. vo. 3. 2. n. 9. ita respondisse Regi Neapoli. Quod si Iudici dictū sit à personis fide dignis, tunc poterit in casibus atrocibus, & contra personas quæ non sunt bonæ existimationis, conditionis, & famæ deuenire ad torturam, vt ad uerti in 1. p. sub nu. 114. 124. & 128. & 133. sanè contra publicos latrones, & assassinos, si ad eum deferatur, poterit veio leuato deueniri ad torturam, Put. de syndic. in verb. tortura, il. c. 1. n. 9. & c. 6. n. 7. & in verb. tortus, in 14. & 44. & 49. vbi omnino vide, idè in c. 14. per tot. vide quæ dixi in 1. p. n. 190. de test. Gand. de q. & tor. nu. 41. Sed quædam quandoq; fiunt sumèdo (vt fertur) cõsiliū in arena, quorum certa doctrina dari non potest.

114 ¶ Et quamuis à nonnullis Doctoribus aliqui casus traduntur, in quibus aiunt posse ad torturam deueniri etiam nullis præcedentibus inditijs in certis delictis, de quibus in 1. par. huius tract. num. 58. cum mult. seq. & hanc opinionem sequuntur Boer. decis. 333. nu. 4. & seq. Brun. de indic. in 2. par. q. 5. nu. 6. vbi in tractatibus proditorijs, et nu. 7. vbi de bannito per contumaciã capto, & non spontè constituto, Marf. pract. §. diligenter, nu. 136. Farinac. q. 11. Sed reuera, si bene videtur Doctores, requirunt semper aliquod indicium præcedere, siue proximum, siue remotum, & hoc siue insurgat à persona fide digna, siue non, seu à testibus, seu à mala qualitate rei, vt innuit Salyc. in d. l. ff. de quaest. Boss. de delict. & consid. ante tor. nu. 136.

115 ¶ & Caso. de tor. c. 5. nu. 5. & 6. vbi delicta, quæ à cõmuniter accidentibus secretò fieri solent, sunt ista, adulterium, simonia, & vsura; secundum Brun. à Sol. q. 5. 1. nu. 3. sodomia, veneficium, fabricatio falsæ monetæ, & tractatus, & in ijs ad torturam facilius deuenitur præcedentibus aliquibus inditijs, Clar. quaest. 64. vers. & idè, Put. de syndic. in verb. tortura 1. d. c. 1. num. 9. & 10. Item non requiruntur tanta indicia, quanta in alijs delictis circa proditorum, assassina, incendia, & alia, ob quorum atrocitatem multa fieri permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, not. in l. Prætor edixit, §. præterea, de iniur. vbi Bartol. & in l. respiciendum, de pen. respectu qualitatatum delinquentium;

- quentium; & hic addo, quod sine alijs indicijs torqueri possunt pro causa furti custodes, nauta, caupones, stabularij, supra in 1. par. huius tract. num. 277. Nam lex distat de ijs, vt tot. tit. ff. nau. caup. stab. ni si hospes esset bonæ existimationis, & famæ, Bart. in l. 1. ff. de offic. præfect. vigil. & quoad fures vagabundos satis sufficeret querela partis, secundum Clar. d. q. 64. vers. sed pone, in fin. vel notificatio, denuncia, accusario, captu, cum aliquibus adminiculis, instante Fisco poterit ad torturam deueniri virtute Brachij Regij per supradicta, & sic nota, quod in huiusmodi personis cessat honor, virtus, & dispositio, l. merito, ff. pro soc.
- 116 † Veruntamen torturæ locus non est sub quouis prætextu liberi arbitrij, quando alia via potest constare de veritate, vt inquit Clar. d. q. 64. vers. debet etiam, nec per sola adminicula deuenitur ad torturam, quando indicia ad eam sufficientia haberi possunt, l. edictum, ff. de quaest. Boss. d. ti. de indic. & confid. an. tor. cit. princ. Bald. in l. 1. obseruare, num. 179.
- 117 † At in practica attende, quod si indicia, nisi sero, & tarde haberi possent, & periculum esset in mora (stante Brachio Regio, vel aliter potestatem habente torquendi) reus torqueri poterit cum adminiculis tantum, de quibus supra, ne forte dum expectarentur testes, ceteri complices fugam arripiant, vt si delictum à pluribus factum esse dicatur, & constet, sed ignoratur alij socij criminis, quorum vnus tantum, vt valde suspectus captus sit, & eo magis si inceptor, seu author rixæ extiterit, Marf. ling. 300. idem quando Iudex vidit committi delictum à pluribus, & vnum cognouit quem capi iussit, & ceteri fugerunt, quoniam potest statim examinari, & torqueri si negabit, tam quoad se, quam quoad alios, circa tamen præiudiciu, & cum protestatione cõuicti criminis ob notorium delictum, de quo in 1. par. huius tract. sub num. 200. cum plur. sequ. at si per testes possit conuinci tutior practica erit. Nam Theologi, & Canonistæ plerique omnes affirmant Iudicem nihil agere in iudicio posse ex propria scientia, sed eum ex publicis actibus coram ipso factis debere procedere, si præsertim per se iudicet. Nam bonus Iudex nihil ex arbitrio suo facit, & proposito domesticæ voluntatis, sed secundum leges, & iura pronunciat, vide D. Tho. 2. 2. q. 67. & ibi Caiet. Maio. in 3. sent. d. 43. q. 4. Sot. in v. Iudex, 2. §. 5. Car. à Turrecem. in d. c. iudicet. & plurimos alios quos citat Couar. in 1. l. var. resolut. c. 1. q. 4. & sequen. qui planè contrariam sententiam euerit. Carer. tit. de homic. num. 28. & 43. Item ad effectum, vt mandatarios nominet, Boss. num. 144. & 145. (si præsumptio vehemens esset, vt tanquam mandatarius incausa, & extra propositum, quis in alium deliquit, DD. in l. 1. C. de fer. fug. Fel. in c. sicut dignum, in 4. col. vers. 3. conclusio, cum plur. seq. de homic.
- 118 ste captus deliquerit) † vt quando nulla subsistente causa, & extra propositum, quis in alium deliquit, DD. in l. 1. C. de fer. fug. Fel. in c. sicut dignum, in 4. col. vers. 3. conclusio, cum plur. seq. de homic.
- 119 † Quotiescunque ergo Iudici nostro opportunum esse videbitur, iuxta qualitatem delicti, & delinquentium infamiam, ac malam consuetudinem venire, ad torturam sine indicijs, ordinario iure minas sufficientibus (non autem sine aliqua probatione verisimili,) vt in l. fina. vbi glos. ff. de quaest. etiam testibus ipsis ad informandam Curiam, minime repetitis, stante stilo, vt per Alex. confi. 65. vo. 1. Bolog. in add. ad Guid. de Suzar. in tract. de tor. Gramma. Decilio. 34. numer. 37. circa fin. quos alleg. Add. ad Clar. quaestio. 45. numero 24. maxime stante hac facultate Brachij Regij, vi. supra numero 181. p. 5. & facit Baiard. d. quaest. 45. numero 36. tunc moderatè, & temperatè se gerat. vt admonet tex. l. de minore, §. tormenta, ff. de quaestio. Bruh. in d. tract. de indic. & tort. in finalibus verbis dicti tract. aduertendo ne quid nimis fiat, vt inquit Cicer. lib. 1. de Orat. & dixi supra num. 52.
- 120 † Quoniam iudicium, & discretio pari passu ambulat, dixi in 2. par. huius tract. num. 127. & not. gl. in ver. iudicio, l. cum Prætor, §. 1. ff. de iud. Put. in ver. arbitrium, c. 1. nu. 16. Nam summum ius summa malitia, Terent. in Heautontimorumenos, & Tal. in 1. Off. & apud antiquos summum ius, summa crux reputabatur, sic Columel. de re Rustic. lib. 1. c. 7. & idem Cic. in Orat. pro Sexto Roscio Amerino, qui inuehitur aduersus † Iudices crudeles, & iniquos, dicēs, si ea crudelitas, quæ hoc tēpore in Rep. versata est, vestros quoq; animos, (id quod fieri profectò non pot) duriores acerbioresq; reddidit, actum est Iudices: & Valer. Max. lib. 6. c. 3. de Domitio Aenobarbo Prætorē ait, ratio publici imperij Prætorē nimis asperum existimari nō patitur. Et propterea in qualibet re sciētia, & discretionis inesse debet, vt dixi in pract. de test. p. 5. cir. princ. & hæc coniunge ijs quæ dicit G. 123 mes. var. resolut. tit. de delic. c. 13. nu. 25. † quod si quis tortus penitus sine indicijs præcedētib; ratificet, nō tenet dicta confessio, per l. nō dubiū, C. de leg. vbi infert, qd confessio extorta ab eo, qui ex priuilegio non poterat torqueri, non obstante ratificatione, non tenet, idem si fuerit extorta à pueris, & senibus, per indebita tormēta, & vide Bald. in l. accusationis, nu. 4. vbi distinguit, C. de accus. vbi tortus sine indicijs cōtra ius legis, vel accusati, nō facit iudicium: At si fuit tortus, qui non debebat torqueri vi priuilegij sui, & sic contra ius torti, facit iudicium: sed multo minus iudicium facit, qui tortus est contra ius accusati, & torti, & in tantum hoc est verum, vt si postea indicia appareant, tamen præcedens tortura sine indicijs non iustificetur, nec confessio hoc modo extorta tenebit propter ordinis præposterationem, Bald. in d. l. accusationis, num. 3. C. de accusat. & ibi glos. facit tex. in l. quod ab initio, cum concor. de reg. iur. Item quando reus est sufficienter tortus, & negauit, si iterum sine nouis indicijs torqueatur, & fatetur, & ratificet, non tenet, idem quando pendente appellatione reus torquetur, fatetur, & ratificet. Quæ vera sunt omnia etiam in nostro Iudice, qui habet liberum arbitrium, & absolutum, vide Couarr. variar. resolut. l. 1. cap. 1. §. 7. vbi etiam supremorum Tribunalium Iudices affirmat, non posse ex priuata scientia aliquid statuere, nec sine indicijs.
- 124 † Item sciendum est, quod quædam sunt persone, quæ ex priuilegio non debent torqueri, tam de iure, quam etiam de consuetudine, vt Duces Illustrissimi, & in magna dignitate constituti, & Clerici cuiuscūque gradus à Iudice seculari, neque torqueri, neq; detineri, nisi per viginti horarum, vel vnus diei spacium possunt; licet Doctores, milites, & nobiles de consuetudine torqueantur, alia sunt persona, quæ respectu atatis, & imbecillitatis non debent torqueri, vt minor annorum 14. vel septuagenarij, & infirmi, mulieres pręgnantes, aut lactantes, de quibus omnibus per Bart. in l. 1. & in l. quaestiois modum, & in l. liber homo, & tot. tit. ff. de quaest. Boss. in d. tit. de indic. & cõsid. an. tort. per tot. Put. de synd. in verb. tortura, III. c. 6. & in ver. tortus, c. 1. latè Caso. de tormētis, c. 10. & 11. Clar. d. q. 64. vers. vbi autē, cū plur. seq. & ibid. addit. & Guid. de Suzar. de indic. et tor. nu. 8.
- 125 vide sup. Farinac. de indic. & tor. q. 41. per tot. † Sed prædicti priuilegiati ratione dignitatis, sexus, conditionis, & atatis de ordinaria potestate nō possunt torqueri, veruntamen stante hac regia facultate, in criminibus exceptis ob difficultatem probationum, quando veritas ab alijs haberi non potest, & malam qualitatem personæ, tanquam testes, & rei, omnes cuiuscūque status existant torqueri poterūt, vt in simili de captura dixi supra in 2. p. nu. 124. & 126. vbi reatū grauem priuilegiū tollere dixi, cū plur. seq. & idè Doctores, milites, modò non sint ordinis Ecclesiastici, equites,

equites, nobiles, decuriones, & alij in magna dignitate seculari constituti poterunt torqueri: excipiuntur semper Clerici, qui ad Ecclesiasticum Iudicem quacunque de causa sunt remittendi, Farinac. d. quæst. 41. num. 100. cum seq. sed sine Brachio Regio minime torqueri possunt, etiam pro casibus exceptuatis, & ita sunt intelligendi Doctores per Farinacium adducti numero 100. cum facultas recedendi à priuilegio, & à regulis iuris communis pertineat ad Iudices super premissos.

126 † At quibus modis sint torquendi senes, infirmi ac pueri, dixi num. 58. & senes robusti possunt etiam attolli in tortura, multo magis si sunt peruersi, non tamen pro delictis leuibus, sed pro grauissimis, & atrocissimis, quando veritas aliunde haberi non possit, & in delictis forte exceptuatis tantum, Farina. de indic. & tor. quæst. 41. num. 105. & sequ. & mulieres prægnantes, vel lactantes nullo modo torquentur, nec terrentur, ne metus causa abortum faciant, vel lac amittant, l. Imperator, la. seconda, ff. de stat. hom. & in l. prægnantis, ff. de pæn. & Clar. d. qu. 64. vers. quæro modo, ubi dicit, quod post partum de consuetudine non torquentur, nisi expectatis quadraginta diebus, verum hoc erit in arbitrio Iudicis nostri, qui consuetudini in hoc derogare potest, stante atrocitate delicti, vt dixi in 1. par. sub num. 28. cum mul. seq. si non sit periculum vitæ, & dum expectatur tempus partendi, debet sub custodia teneri expensis suis, si habet modum, sin minus, expensis publicis, vt supra in 2. p. num. 161. & 293. ubi si opus esset infans alij, & lactanti ab alia muliere possit, vt iustitia non remaneret impedita. Est tamen verum, quod senes etiam valetudinarij possunt terri ducendo eos sub eculeo tantum sed absque ligatura, quando præsumptio est, quod non audent dicere veritatem, vel ferula cædi possunt, sicut dictum est de pueris nu. 58. & per Carer. de indic. & tort. nu. 26.

127 † Laborantes febre quartana possunt in casibus grauissimis torqueri ea die, qua non laborant dicta infirmitate, Franc. Marc. decisio. 790. Sed nec surdus à natura, nec mutus torqueri possunt, Brun. de indic. in 4. q. 2. part. num. 2. Casu. de tor. c. 10. num. 5. Farin. q. 41. num. 89. cum seq. quia isti nec actu, nec potèria interrogantem audire, aut ei respondere possunt in tortura, Paul. Ghirl. de quæstio. & tor. q. 6. num. 7. fecus extra torturam, qui a per signa possunt deponere, vt in prac. de test. par. 4. sub num. 19. in fin. ijs similes sunt cæci, & furiosi, l. 3. §. surdus, & §. cæcus, de quæst. possunt decipi in auditu, quia multi habent eundem vocis sonum, & alij alienam vocem fingunt, licet in sacris paginis legitur de Isaac, quem vox non decipit, sed tactus, vox Iacob, manus autem Esau, Gen. c. 27. qui locus tendit ad fidem nostram. Et in summa etiam priuilegiati omnes laici, qui laborant infamia, & præcedentibus indicijs possunt torqueri, vt dixi stante atrocitate delicti, & difficultate probationum, l. & si excepta, C. de malef. glo. in l. inuicti, la. seconda, ff. de test. l. de minore, & l. libero, ff. de fals. l. de fertorem, & l. proditores, ff. de re mil. Gand. de quæst. & tor. q. 1. Corrad. de negat. crim. nu. 37. Paul. Ghirl. de quæst. & tor. q. 6. n. 10. cir. fi. Bonif. de Vital. de quæst. & tor. qu. 1. Attamen quando tortura infertur etiam personis, quæ vel priuilegio, vel alio respectu de iure ordinario non debent torqueri, tunc moderatè, & eum temperamento est adhibenda, vt dixi supra, & sic quando cum minus legitimis indicijs ad torturam deuenitur, nu. 143. sed quoad priuilegiatos tanquam reos non habetur distinctio, quando contra eos ad sunt indicia præcedentia, & atrocitas reatus exposcit acrem torturam, quia reatus omne priuilegium seculari in foro fori tollit, vt dixi in 2. part. numero 126.

128 † Iudex noster in dubio arbitrium inclinare de-

bet erga priuilegiatos, sed contra sceleratos arbitrium debet cõuerti super dorsum eorum, vt pluries in hoc tracta. dictum est, tamen est modus in rebus sit arbitrium æquum, & iustum. Nec erit inconueniens, quod Iudex, non obstante Brachio Regio, verbum prius faciat cum Principe, quando priuilegiatum in dignitate constitutum torqueri oportet, secundum ea quæ dixi supra in 2. par. num. 31. & seq. immo optimum erit consilium Principem adire.

129 † Collige ergo ex supradictis omnibus, quod omnes curuscunque gradus, & conditionis existant torqueri possunt concurrentibus infra scriptis: primo, auctoritate Brachij Regij, secundo atrocitate delicti, tertio difficultate probationum, quarto querela, seu instantia fisci, vel ex officio habita aliqua notificatio ne, quinto adminicula præcedere debent torturam, sexto tortura moderata, si non sunt facinorosi; sed nullus sine indicijs torqueri potest.

130 † Et semper est aduertendum cuius qualitatis, cuius formidinis, debilitatis, vel roboris corporis sit, qui torquendus est, & secundum varietatem personarum, diuersitatem criminum, vt illa specie tormentorum, quæ magis opportuna videbitur, nam in paritate criminis, & indiciorum disparitas qualitatis personarum causat disparitatem, & differentiam fieri, tam circa modum & tempus procedendi & torquendi, quam etiam circa modum & qualitatem condemnandi, Fab. à Montealeo, in sua pract. arb. in 5. par. nu. 15. cum plur. sequ. ubi quænam qualitates sint attendendæ. Nam, vt inquit Paul. Ghirlandus magnus practicus de quæstio. & tor. q. 3. nu. 19. aliter sunt torquendi iuuenes robusti, alio modo debiles, delicati, vel senes; alio modo ruiticus, vel miles; alio modo ciuis; & alio modo nobilis; & alio modo ignobilis, & plebeius.

131 † Et ulterius inchoanda est tortura prius ab eo, à quo creditur veritatem facilius haberi posse, & sic a magis timido, Put. de syndic. in verb. tortura, l. 1. c. 2. & etiam à magis suspecto, & debiliore, secundum Bar. in l. 1. §. 1. & in l. vnus, ff. de quæstio. Gand. tract. malef. de quæstio. & tor. col. 2. Marant. pract. in prin. nu. 13. arguendo ab ordine, Cartar. pract. interrog. reos, lib. 4. c. 1. nu. 208. ubi latissime.

Item incipiendum est ab eo, qui est peioris qualitatis, Carer. in d. l. obstruere, nu. 185. & si pater & filius iunt rei, tortura debet à filio incipi, vt aliquid dicunt in conspectu patris, ex quo pater facilius veritatem dicet, quam pati filium torqueri, liste quidem, ff. quod met. cau. Quod ego non facerem, nisi vrger-

132 tibus contra vtrumque præcedentibus indicijs, & si eo modo pater confiteretur delictum, non esset standum tali confessioni, nisi præcedentibus indicijs validis, & subsequente ratificatione, Bald. in l. prima, in fin. C. si rec. Prouinc. Tiraqu. in l. si quando, C. de reuoca. donat. in præfat. numero octauo, quod etiam animaduertit Scaccia. de indic. cau. ciuil. crim. & harer. ut. de inquit. generali, c. 83. nu. 3. ubi recenset Boss. in tit. de exam. reo. dicere de illo patre innocente, qui falsus est delictum ob metum, & dolorem filij, & propter hoc Iudex ille induit habitum Fratrum Capucinatorum, sed ante eum talia exempla posuit Put. de syndic. in ver. tortus, c. 11. nu. 3. ver. & volo. Item incipienda est tortura à foemina, vt inquit

133 Gand. de quæst. & tor. nu. 11. q. 1. † Verùm expertus ium mulieres minus timere torturam, quam mares, & durius in negatiua persistere, sed hoc totum est Iudici arbitrium. Afflicti super constit. si damna clandestina, nu. 75. Item est inchoandum ab eo, qui malum cognomen publicè ei inditum habet, vt dixi in pract. de test. p. 1. nu. 13. & faciunt, quæ etiam dixi supra nu. 81. & 85. cum seq. Nec postremi esse debent, qui malam, & prauam Phisionomiã habent, de qua

- Petr. Tarantag. in compend. Theolog. lib. 2. c. 58. fed quæ sapiunt iudiciale indagacionem, omittimus, tanquam incerta, & apud Hispanos ombre de mala cara aïde puto vellaco mala cara tenes: ombre palabrero, y Masnadero dellos Diabolo.
- 134 † Nec est adhibenda tortura passim pro quolibet indicio, videlicet modo torquendo super vno indicio, modo super alio, quando potest euacuari processus, quo euacuato omnium indiciorum contra reum fit summa ad instar computi rationum, & calculatis & ponderatis omnibus, demum tortura adhibenda, quia aliter procederetur in infinitum, sed reassumptis omnibus indicijs potest reus torqueri super omnibus semel tantum, aut bis, aut ter ad plus, & non ultra, Marf. in sua pract. §. expedita, num. 85. Cumia. de syndic. & tor. c. 2. nu. 2. hoc tamen est de iure ordinario, secus de extraordinario iure, vt statim dicam, & in assassinio, parricidio, crimine læsæ Maiestatis, & alijs delictis potest ultra tertiam vicem tortura adhiberi, Carer. de indic. & supra dixi, num. 32. & seq. &
- 135 † tortura nisi nouis superuenientibus indicijs repeti non debet, quando alia purgata fuerunt sufficienter, Gand. d. q. 1. nu. 2. Et notandum, quod noua indicia oportet esse diuersa specie à primis indicijs, non autē eiusdem speciei, cuius sunt primæ, Marf. d. pract. §. quoniam, numero secundo, Nou. in pract. in rubr. de for. constit. reos, vers. vt quia numero 7. & debent etiam esse fortiora primis, D. Menoch. de arbit. iud. cas. 272. in fi.
- 136 † Aduertendum est etiam quod si reus fuerit tortus ab vno Iudice, & nondum perfecta tortura, alter Iudex successor aduenerit, aut alteri causa delegata sit, quod in processu torturam habebitur ratio torturæ, iam per primum Iudicem illata, Marf. d. pract. crimi. §. occurrent. nu. 4. Carer. d. l. obseruare, nu. 199. in 2. impress.
- 137 † Ictus autem funis, (vt prædixi) tres in totum dari possunt pro quolibet proximo, & magno indicio, secus in remoto, & appellantur isti ictus apud DD. Venetos tot Collegia, videlicet tres ictus dicuntur vnum collegium, & sex ictus dicuntur duo collegia, & nouem ictus tria collegia, & pro qualibet die dantur tres ictus tantum, & sic in tribus diebus dantur tria collegia, quæ sunt in totum nouem ictus funis in temporatis vicibus dati.
- Verum quando plura sunt indicia proxima, sed diuersa specie, tunc per tres dies tortura adhiberi potest in atrocioribus delictis stante mala qualitate personæ, & facultate Brachij Regij pro qualibet die vno ictu, Paul. Cast. consil. 299. circa fin. vo. 2. Blanc. in l. finali, numero 10. ff. de questio. etiam si indicia essent mille, intellige diuersæ speciei, alioquin si eiusdem speciei, ex duobus testibus reus diceretur conuictus, vt supra numero 18. & non esset opus tortura, nisi ad effectum indagandæ veritatis, quoad alios, & ad alia delicta, dixi supra numero 11. cum plur. sequen. posset igitur prima die terri, & parum attolli modico tempore; secunda die forte vno ictu plecti; & tertia die compleri tortura duobus ictibus, & hoc re-
- 138 fides in arbitrio Iudicis. † At si statuto cauetur, quod semel tortus iterum torqueri non debet, vt Mantuæ in rubr. de tor. tamen stante diplomate amplo, de quo in prima parte, sub numero 23. & numero 101. non seruat, & Iudex poterit diuidere si ei videbitur torturam, seu illam in plures vices dispartiri, siue eadem hora, siue eadem die, vel altera sequenti, vt pluries seruaui. Nam hoc sic, quando reus parum, aut nihil pati videtur, Put. de syndic. in ver. tortura, 111. cap. 4. numero quinto, col. quinta, Bos. in titul. de tortur. numero 242. & ex alijs causis, Farinac. eodem titul. de indic. & tor. quest. 38. numero 83. vbi hoc non habere difficultatem apud DD. ait, quando reus nocentissimus non esset prima vice sufficienter tortus, Brun. de indic. & tor. 2. questio. 5. numero 59. Marf. §. quoniam, numero secundo, Menoch. de arb. cas. 272. numero sexto, nec opus est alijs indicijs in hoc casu, vt tortura repetatur, vt quotidie seruat, & hinc oritur illud dictum, si vis scire, diuide, at Iudex noster multo plus potest facere (si vult) vt infra dicam.
- 139 † Et hic volo aduertere vnum in practica valde singulare: nam aliquando sunt plures socij criminis, quorum alij sunt capti, alij non, & vnus illorum captus fatetur delictum, & etiam illud sustinet in facie aliorum sociorum, qui constanter illud negant, dicentes illum mentiri nequiter, & confirmato prius dicto istius in tortura, vt de more est, de test. in 4. par. sub numero 69. postea deuenitur ad torturam contra istos confocios, qui si parum timent torturam, debet tortura diuidi ad duplicem effectum; primo ad effectum, de quo dictum est; secundo si in repetitione torturæ faciendæ infra quadraginta horas de iure ordinario (vt infra dicetur) tempore dictarum horarum, quo sanguis bullit, & ossa torti adhuc sunt concussa ob primam torturam, debet inquam hoc tempore tortura repeti, & facilius veritas habebitur, iuxta illud: Accipe dum dolor est; si vero persistat in negatiua, hæc secunda tortura debet esse leuis, & non sufficiens, sed reus debet reponi ad locum suum cum protestatione, ac animo prosequendi, & complendi sufficienter torturam suis loco, & tempore, alioquin si in hac secunda vice tortura perficeretur, & tortus purgasset indicia, vtique præiudicium intentioni fisci allatum esset, quoad alios socios, tam præsentem, quam absentem respectu huius indicij socij, qui falsus est; at si tortura videretur perficienda, esset protestandum antea, quod pro suo facto tantum torquetur, & non pro facto aliorum sociorum, & casu, quo fateretur aggrauando alios confocios, torquebitur leuiter, vt eius dictum valere possit, modo quo supra dictum est, & hæc in practica sunt notanda, nam plures sunt casus, quam vocabula, i. natura, de præscr. verb. & non est farina Nouellorum Tyronum Criminalistarum.
- 140 † Sed Iudex liberi, & absoluti arbitrij poterit, si opportunum videbitur, excedere modum, & tempus in torquendo, nedum bis, & ter, sed quater, & ultra, quando agitur de crimine atrocissimo, & personæ sunt facinorosissimæ: nam hoc in casu delinquens conuictus poterit torqueri ordine non seruato, perche si hæc per vn sacco di ossa: secundum aliquos, quos ipse non sequor: vt Brachij Regij ad effectum, vt fateatur pro causis supradictis, vel notificet alios complices, & alia delicta, de quibus contra eum sunt indicia magna, non sic si delinquens non est facinorosus.
- 141 † Iudex autem in torquendo multa in practica considerare debet, nam si iubet reum ligari, & reus alleget se habere aliquod membrum infirmum, debilitatum, vel inhabile ad torturam ei inferendam, tunc Iudex executoribus mandabit practicis, vt diligenter inspiciant, & penes acta eorum iudicium scribatur, & si de tali reo sint ignari, vocetur Medicus, aut Chirurgus, & dicant suum iudicium. Nam si in vno brachio reus erit defectuosus, vt allegat, poterit torqueri per alterum brachium, & si à duobus lateribus est mancus, poterit igne pedibus admoto torqueri, idem quando in genitalibus est apertus. Et debet Iudex protestari satellitibus, seu dictis executoribus, vt bene aduertant, & caueant, diligenterque reum ligent, ac inspiciant funem, ne forte sit marcidus, aut valde tritus, præcipue quando dantur ictus funium à summo, vsque deorsum, & cuncta sunt scribenda, nec parcendum calamo,

mo, vt Iudex à nemine accusari meritò possit, & si ca-
lumniam patiatur, suam ipse causam agere valeat.
Put. in ver. officialis, c. 1. idem in ver. tortura, l. c. 12.
nu. 5. & Belui. pract. crim. de quæst. nu. 75. Bertazol.
conf. 474. vo. 2. Bursat. conf. 325. nu. 25. vo. 3.

142 † Item scias, quod non potest quis seipsum suppo-
nere, & offerre ad torturam, vt alter inuitus æque sub-
ijciatur, cum persapè dictum sit, neminem esse do-
minum membrorum suorum, l. liber homo, ad l. A-
qui. quoniam potestas torquendi est meri imperij, l.
defensionis, C. defensor. ciuit. & in auth. de test. §. nisi

143 ius dicens. † & ea quæ sunt meri imperij non pos-
sunt pacto priuatorum concedi, l. priuatorum, ff. de
iurisd. om. iud. & Put. in ver. tortus, c. 13. titubat. reli-
quit cogitandum, vbi multa similia adducit in hoc
proposito, & in cap. 14. allegat alios casus similes Fa-
rinac. de iudic. & tor. q. 37. num. 109. secus si ita Iudici
nostro videbitur ob aliqua indicia, quæ vtrumque
premant, Gand. de quæst. & tor. rubr. 1. & de hoc sa-
tis dixi in pract. de test. 4. par. num. 151. cum plur. seq.
Luc. de Pen. in l. 1. col. 2. C. de decu. lib. 12. Marf. rub.
de fideiuss. nu. 208. Boss. de remed. iud. contr. sent. tit.
seq. Clar. q. 63. vers. sed quæro, nihilominus stante at-
trocitate delicti & difficultate probationum inter pa-
res, si Iudici videbitur, hoc fieri poterit ex aliqua cau-
sa probabili, & præcedentibus indicij aliquibus, argu-
m. l. Imperator. ff. de stat. hom. sed Iudex debet ha-
benas in manibus tenere, vt dixi in prima par. nec
ad nutum solum istorum deuenire ad torturam, ne
forte odio, & vindicta inter eos occulta id fieri petat-
ur. Item quia si passim concederetur hoc, nullus fere
inueniretur testis, qui veritatem dicere vellet timore
torturæ, & sequeretur, quod sæpenumero delicta im-
punita remanerent, & esset priuato, & publico com-
modo res damnosæ, l. ita vulneratus, & l. liber homo,
ad leg. Aquil.

144 † Quæ de re Iudex ad instar prudentis naute, qui
manus ad funem (quæ rudens, appellatur vulgari ser-
mone la scota) tenet, dum ventus nimis uehemens
perflat, & uela nimium inflat, tunc oculis apertis, &
manibus promptis Iudex cautè se gerat, & iubeat,
prohibeat, uel permittat, quod opportunum erit, ca-
uendo semper ne ipse Iudex pro suo arbitratu proce-
dat, sed aliquibus indicij præcedentibus, & magna
cum prudentia iustitiam administrat: nam satis est,
quod sine defensionibus reus possit torqueri virtute
Brachij Regij, quia licet hæc Brachij Regij facultas
egrediatur terminos iuris communis ciuilibus, non ta-
men ab eis adeo longe recedit, quin semper oculos
habeat ad terminos ordinarios respiciendo, & viden-
dum est, ne termini iuris penitus euanescent ab oculis
Iudicis Brachium Regium, seu liberum, & abso-
lutum arbitrium habentis, hæc potissima ratio, vt
ius commune minus lædatur, quam fieri possit, l. fin.
§. in computatione, vbi glo. C. de iud. delib. & vt sectu-
rius in re tam periculosa procedatur, l. 1. §. si quis, ff.
de Carbo. edict. l. manifestissimè, C. de fur. ius enim
commune dicitur sal per quod purificatur statutum,
ne marcescat, vt ait Aret. in §. ius autem, Institut. de
iur. nat. & quando petebat statutum, dicebat afferte
mihi carnem salatam, ius namque commune decla-

145 rat, & supplet statutum dubiosum. † & sunt quidam
Iudices vindices, & inuidi in cathedra pestilentie se-
dentes, qui non habent sibi propositam veritatem sci-
re, sed duntaxat, vt torquendus fateatur delictum, &
expleant occultum liuorem, & ad hoc tendunt anti-
mo penitus obstinato, quod iniquum, & valde dam-
nandum est, sed finis esse debet veritatem totis ner-
uis perquirere, vt dicit Put. de synd. tortura, l. c. 7. nu.
1. contra quos inuehit Bonifac. tract. de fur. §. fraudo-
losa, sub num. 19. & seq. vbi allegat multa bona iura,
& authoritates in hoc proposito, & quomodo om-

nia iura, tam ciuilia, vt in l. respiciendum, de pœn. &
in l. pœdus, de incen. rui. naufr. quam canonica. vt in
cap. si quis, 2. 2. quæst. 8. & Concil. Trident. sessio. 13.
cap. 1. memoria mandauit Iudicibus esse clementio-
res, vt de hac re dixi in 4. par. 4. num. 1. & 2. ac alibi.
pronoiores itaque ad absoluendum, l. obseruare, ff. de
offic. præf. l. officium, de rei vendic. Damas. reg. 39.
& caueant ab ira Dei huiusmodi iudices, ne dum
corpus aliorum indebitè cruciant, suam animam in
gehennam perdant, & ideo bene aduertant, ne con-
tingat reum in tormentis vitam cum morte commu-
tare, prout accidit vni, de quo scribit Marf. in d. sua
pract. §. expedita, num. 86. §. si. quem Iudex fortè sub
prætextu Brachij Regij nil humani se habere putans
iussit per horas duodecim appensum stare in tortura,
& ita eum reliquit, & rediens postea miserimum il-

146 lum in tortura inuenit mortuum, † & in hoc casu
Iudex cuiuscunque authoritatis existat, tenetur pena
capitis, quoniam rigore permisso non intelligitur cõ-
cessum eum ferina crudelitate modum excedere, &
vsque ad vltimum vite spiritum inclusiue, seu animi
deliquim reos torquere, quoniam iudices quacun-
que dignitate fulgeant, debent adhibere modum in-
culpatae seueritatis in torquendo, Put. in ver. tortus,
c. 1. nu. 12. Men. de arb. Iud. c. 340. Gramm. confi. 15.
Put. in ver. tortura, l. c. 12. per tot. incip. an si officia-
lis, vbi distinguit Carer. pract. tit. de homicidio, n. 53.
nisi fortè torquendus esset pessimus quidam magus,
seu veneficus, vel obstinatus aliquis hereticus, vel a-
postata, post baptismum susceptum in Iudaismum
relapsus, vel huiusmodi sceleribus alijs cõtaminatus;
non credo tamen istos licere, ita torquere, vt ad mor-
tem adigantur, nec hoc in Sancti Officij Tribunali
feruatur, quamuis quidam illud pessimè infamare
non vereantur. Igitur potius huiusmodi reus post suf-
ficientes probationes extremo supplicio afficiendus
videbitur. Quis enim scit, an fortè in vltimo suspitio
iste homo inimicus Dei conuerti possit? vt legitur
de bene fortunato latrone, Luc. 23. Quare S. Leo ep.
90. & hab. de pœn. dist. 7. c. 1. rectè ait, Nemo despe-
randus est, dum in hoc corpore constitutus est. Dia-
boli tantum est desperanda correctio, vt inquit S.
August. tract. Hebd. Sanct. Hinc zizania non fuit e-
radicata statim, quia in triticum conuerti poterat,
Matth. 31.

147 † Hinc quæritur, tortus indebitè, si statim Iudicè
aliquo modo iniuriauerit, vel vulnerauerit, aut occi-
derit, an teneatur pœna ordinaria? & magis commu-
nis opinio est quod non, sed extraordinariè punitur,
quicquid dicat Beluis. in d. sua pract. crim. de quæstio.
num. 75. & hanc patrem tenet Marf. ling. 475. incip.
difficillimum: idem in sua pract. §. diligenter, nu. 58.
Sed si iniuria esset illata Iudici nostro tam ample au-
thoritatis, iste non effugeret pœnam ordinariam pro
modo culpæ. DD. in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd.
om. iud. & to. tit. C. ne quis in sua causa sibi ius dica-
t, cum reclamare possit ad Principem de iniustitia;
nec calore iracundiæ excusabitur, iuxta trad. per Bar-
to. in l. qui ea mente, ff. de iur. DD. & Cagnol. in l.
quicquid in calore iracundiæ, ff. de regul. iur. Clar. q.
60. vers. est etiam, Decia. de delict. c. 11. lib. 8. tom. 2.

148 verum † iram continere maius esse fertur, quam po-
tentissimas vrbes expugnare, vt ait Cicer. pro Marc.
Boss. in titul. de homicid. numero sexagesimoquar-
to, & per dolorem, aut pœnitentiam iudicis non
mitigatur dolor eius, qui indebitè, & dolosè
tortus fuit, & ideo mitiori pœna eum puto punien-
dum.

149 † Similiter dici potest de eo, qui ob impunita-
tem promissam, & non seruata de hac iniuria se
contra Iudicem vindicauit, per supradicta. nam reus
spe impunitatis confessus delictum conqueri potest,

quod fides non feruetur ei, cum etiam hosti fides seruanda sit, l. conuentionum, ff. de pact. & Boss. in terminis, in tit. de confess. per tor. num. 9. quamuis Dec. in l. ea est natura, in addit. sub num. 7. dicat non esse seruandam impunitatem propter finem bonum, & bonum publicum, vt delicta puniantur, & quod Iudex excusatur, & non esse seruandum iuramentum super impunitate promissa, propterea quod esset periculosum animam aperire viam delictis ob impunitatem, cap. non est obligatorium, de reg. iur. & in malis promissis fidem non expedit obseruare, sed Decia. tract. Delict. tom. 1. lib. 1. tit. De fraude, cap. 5. nu. 19. dicit hanc rem requirere altiore indagine, vbi alleg. Marfil. in l. 2. §. quaestio. in fi. de quaestio. & in pract. §. postquam, num. 15. & in sing. 201. & 177. Dec. in l. ea est natura, de reg. iur. num. 7. Plac. Epit. Delict. cap. 37. num. 6. ver. ceterum ait quod sicuti iuramentum est seruandum (quando sine interitu animae seruari potest) ita fides, quam aequo libramine seruare tenemur, cap. cum dilectus, quod mer. cau. cap. si verò, de iureiuran. & subdit aequum esse Iudicem impunitatem seruare, quando non fit in perniciem Reipubl. ibi numero 7. & 8. Quae si non feruetur confessio spe impunitatis promissa emanata reuocari potest, & ex ea non posse confessum damnari, vt crebriorem sententiam esse testatur, de qua Paris de Put. tract. iudic. in verb. tortura, versic. sequitur quaestio quotidiana. Blanc. pract. in verb. Datis defensionibus, numero 35. 36. 37. & seq. vbi distinguit, quod si Iudex erat in conscientia tutus, quod ille cui impunitatem promisit, Delictum fecit, non tenetur seruare promissionem. Ipse verò semper sui contrariae sententiae, quia alia via, & cum tempore veritas in lucem prodire potest, interim Reus stet sub bona custodia, nihilominus hoc fortè in Iudice ordinario locum haberet, quia ius faciendi impunitatem non habet, & nemo dat quod non habet, & promissio est ipso iure nulla, & sibi imputet reus, qui fuit nimis credulus, Clar. quaestio. 55. ver. circa secundum, in fin. & tenebatur perquirere, & cogitare
150 qualis esset ista promissa; † Nam qui contrahit, vel scit, vel scire praesumitur, l. quod te, vbi DD. si cert. pet. l. qui fundum, §. seruus, ff. pro empt. At à Iudice nostro supremæ autoritatis talis impunitas esset seruanda, vt sentire videtur Put. in ver. saluus conductus, cap. 1. num. 3. ibi qui non poterat dare securitatem, ergo quando potuit, secus est, idem in ver. tortura, l. cap. 7. numero 2. ibi praeterea Iudex non potest remittere, ergo quando potest remittere, vtique seruare debet promissam; nam si soli Principi facultas hæc impunitatem promittendi reseruata est, l. delegati, ff. de pæn. & Boss. vbi supra numero 11. ergo & Iudici nostro, cui vices Principis circa iustitiam concessæ sunt, Clar. quaestio. 55. ver. allegare, sic & illa
151 seruare debet, l. ius publicum, ff. de pact. † & parum hæc promissio distare uidetur à suggestione, Brun. uer. addendo ad suprascripta. At si promissa fierent sine iuramento, fortè melius esset quam acriter torquere, impunitatem promittere in casibus atrocibus difficilis probationis, & personis facinorosis; & ita Putei opinio in dict. cap. 1. de saluo conducto, & ibidem add. & in d. cap. 7. posset seruari, cum liceat Iudici omni uia, diligentia, & industria ueritatem inuestigare, sine fraude tamen, & circumuentione ulla, quæ in hoc casu apparere uidentur, & quod impunitas sit seruanda ab eo qui illam seruare potest ipse indubitanter teneo, & huius opinionis sunt multi relati à Bonifac. tract. suo de fur. §. fraudolosa, nu. 18.
152 † Ceterum si ista confessio sub spe impunitatis extorta iustificetur ex alijs indicijs omnino ualebit, si reuocata non fuerit, Boss. in dict. tit. de confess. per tortur. nu. 13. 14. & 15. quoniam permittitur blan-

ditijs, persuasionibus, & premijs de ueritate inquire, DD. in l. de minore, §. plurimum, vbi materia, ff. de quaest. & Scaccia. de iud. cau. ciuil. crim. & hæret. cap. 86. num. 35. vbi infert ad multa, quæ per Iudices sunt aduertenda, & Afflict. super constit. de præstan. iura. num. 6. Bertazol. conf. 93. num. 5. vo. 2. Sed reuera promissio non debet fieri expressè, sed sub quodam inuolucro uerborum generalium, quæ persuadendi vim habeant, quæ nequaquam sunt obligatoria, exhortari quidem licet, sed non iniquè agere, memorando de dicto Ezechiel Proph. cap. 18. Si iustus auerterit se à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum abominationes, quas operari solet impius, nunquid uiuet? omnes iustitiae eius quas fecerat non recordabuntur, & impius auertens se ab omnibus iniquitatibus suis uita uiuet; sententia ueræ menti semper tenenda, ipse uero (& Deus scit quod non mentior,) ut plurimum bonis uerbis persuasus, nunquam obligatorijs ad impunitatem, sed magnæ spei plenis, reos delicta fateri feci, securus consilium Put. in d. ver. tortura, l. cap. 6. ver. multi enim, & in hoc fortunatissimus fui; nam ita & taliter me cum reis gessi, qui de aliquo crimine infamati ad me delati sunt, quod nullum ferè delictum impunitum remanserit, praesertim in ciuitate Mantuæ meo tempore: modum hic non recenseo, quoniam ridiculosus essem illis, qui nares ad uncas habent.

153 † At si confessio spe impunitatis facta reuocetur, tunc fit per eam indicium ad torturam præcedentibus aliquibus adminiculis, Boss. in tit. de confess. per tortur. num. 13. vbi dicit, torturam debere esse moderatam; hoc uerum, si non adsint alia indicia, nisi querela cum tali confessione, & an confessio hæc modo reuocata faciat indicium ad torturam, est in arbitrio Iudicis, Menoch. de arb. iud. cas. 270. nu. 4. Sed si non fuerit reuocata, est dubium per Doctores, an pœna ordinaria, vel extraordinaria per hanc confessionem sub spe impunitatis reus sit condemnandus: & D. Menoch. tenet pœna extraordinaria puniri, Cas. 367. de arb. iud. & Couar. var. res. lib. 1. cap. 2. in fin. Carer. de indic. & tor. num. 7. & 19. & in tit. de homic. nu. 14. & hoc locum haberet quando non esset multum iustificata ab alijs indicijs, & stantibus indicijs in practica seruatur torquerem, vt locus sit pœnæ ordinariæ, & tandem si hoc bono modo confiteretur sub spe impunitatis, credo pœnam extraordinariam locum habere, & de materia confessionis, & reuocationis infra latè diceretur.

154 † Nunquid autem sit attendenda promissio facta uni, si manifestauerit alios fures de eo liberando, & in solitis furari? uidetur quod non, propter huius delicti frequentiam; fraus enim cum fraude compensari posse dicitur, l. de viro, ff. solut. matr. & l. si ambo, ff. de compensat. Quid de salario debito Iudici ob sententiam, an sententia non secuta ob impunitatem debeat, uide infra in 4. par. num. 223.

155 † Et quoniam experientia rerum magistra docet multoties reos tortos nil pati in tortura, quamuis acriter illata, potest uerisimiliter dubitari tortum habere aliquas incantationes, quæ appellantur maleficia taciturnitatis, seu insensibilitatis, secundum Paul. Ghirl. tract. de quaestio. & tor. quest. 4. num. 11. & seq. vbi plures species incantamenti, seu maleficiorum narrat, & num. 16. contraria maleficij recenser; tunc potest mutari aliud genus tormentorum, vt per Put. de synd. in verb. tortura, 3. cap. 4. paulò ante, num. 6. vbi dicit, quod sine timore torturæ mundus non posset in pace uiuere; quia oderunt peccare mali formidine pœnæ, idem in d. verb. tortura, 3. cap. 1. vbi recenser se uidisse quendam pessimum nebulonem, qui pro quinque catlinis permittebat sibi dari unum tractum funis, & quod si torquendus

quendus opium bibit, non sentit dolorem: alij sunt ita torturæ assueri, & alij ad eum molles, & membrum omnibus flexibiles, ¶ vel nodis ossium lenti, vt non curent hoc tormenti genus, tunc Iudex quadam facere potest, quæ ponit Marf. in d. pract. §. nunc videndum, num. 520. videlicet iubere reos denudari, & capillos, pilosque omnes tonderi, seu abradi, vt etiam dicit Puteus mox alleg. deinde si hoc non sufficit, addatur sulphur naribus, & postea si non iuuat hæc, detur aqua calida in potum, vt euomant bulle-
 156 tinos, & etiam fieri solent clisteria ad effectum, vt euacuentur characteres, & incantationes, de quibus Paul. Ghirl. inter tract. crim. diuerso. d. quæst. 4. vbi multa alia antidota ponit contra has diabolicas incantationes, & Cartar. de modo interrog. reos, lib. 4. cap. 1. num. 218. vsque ad fin. & exorcismis vti quandoque solet, quod est optimum remedium, quodque exercendum est ab habente auctoritatem à summo Pontifice, vel à superiori alio Ecclesiastico, & contra hæreticos eo præcipue vtendum censet. Aliqui solent dicere Psalmum: Quid gloriaris in malitia? Alia multa remedia ponunt criminalistæ, quorum reuera nullum remedium aptius, & oportunius, quam recta mens Iudicis directa tantummodò ad iustitiam faciendam, & non ad vanam gloriam capeffendam, aut lucri causa, & ideò Iudex rogare tenetur Deum, vt propitiùs ei sit, & eum dirigat in viam iustitiæ, & veritatis, et qui odio, timore, amore, pretio aut vindicta scienter, dolosè, iniquè, et fraudulenter iustitiam administrant, sunt ad instar Præfectorum illorum, qui tempore primitiuæ Ecclesiæ martyrijs piorum Christianorum præerant, qui Tyranni nunc, et in æternum in inferno
 157 cruciabuntur, et ¶ propter ista maleficia, quibus se isti contaminarunt (quando non fatentur, neque timent,) possunt nihilominus aliqua pœna condemnari propter probationem, quæ ab incantatione sumitur, Simon. de Prat. conf. 105. et ipse vidi alios in tortura dormire, alios vigilantes silete, alios valde loqui, et deridere, ac si essent in cubili, et in tribus affassinis scelestissimis à Mirandula, quibus stantibus eleuatis in tortura, iussi cereum sub eorum pedibus accensum apponi, ferè per horam, ita vt etiam si planta esset nigra, et pellis cremata, et caro tumefacta, nihil pati viderentur, nec verbum quidem dixerunt, aut aliquod signum doloris, nec ore, nec pedibus, aut alio modo ostenderunt, sed ferè immobiles apparebant, et quando interrogabantur, ad eum viua et dulci uoce respondebant, ac si nil penitus mali paterentur, quin etiam cum essent demissi è tortura, voces ad sidera mandabant, et repetita tortura adhuc in eadem pertinacia manserunt; At cur hoc? certè ego huius rei causam scire I. C. fines transcendere arbitror, et sic huic dicto locum esse posset: mitte arcana Dei, cœlum quæ inquirere quid sit, vt ille ait, et Valer. Max. lib. 8. cap. 4. refert multorum exempla, et de ijs loquitur, l. 1. ff. de quæst. vt per Menoch. de arb. cas. 272. vbi quando tortura sit repetenda. Ego etiam expertus sum cum maxima admiratione contrarium in nonnullis alijs valde robustis, qui ante torturam erant feroces, et summo perè audaces, et statim eleuati facti sunt delictum.
 158 ¶ Ideò ex theoretica, & practica non potest dari certa doctrina in hac materia torturæ, quia regulæ ordinariè sunt fallaces, l. 1. §. quæstioni fidem, ff. de quæst. solum modò tutius hac in re se gerunt, qui longam experientiam habent; Nam gladius, vel ensis in manu experti militis tegit, sed non occidit, cædenda cædit, non offendenda non offendit, sed si in manibus infanctis gladius dimittatur, periculosissimam, ac perniciosissimam rem esse ait Patia. de probatio. cap. 44. numero 20. lib. 2. sic de bono, & de malo Iu-

dice iudicatur. Put. in ver. arbitrium, cap. 1. Fab. à Monteleo. pract. arb. ver. 3. & sic in dubio magis canonicè procedendo, quam fieri possit, seruanda est practica iuxta bonos, & approbatos mores, vt etiam si Iudex dicaris rigorosus, tamen iustus sis, & non tyrannus, & vt ius commune semper minus lædatur, quam fieri potest, vt dixi per Glos. l. fin. §. in computatione, C. de iure deliberan. & Bartol. in l. omnes populi, quæstione sexta, de iustitia, & iure. Et
 159 ¶ Iudex bonus, & iustus debet adaptare suam particularem conscientiam cum publica scientia, cap. iudicet, 3. quæstio. 7. Cyn. in l. si quis, C. ad leg. Iul. Maiest. & in rebus arduis, & valde difficilis curationis, ad instar Medici consilium à magis perito, & à seniori quærere; ad quod facit Ias. in l. 2. ff. de iustitia, & iure, aduertendo ne à captioso, & ignaro consilium petatur, vt admonet Boss. tit. de indic. & confid. an. tor. numero 142. in fin. Nam regulariter plus sapiunt duo, quam vnus solus, Butr. cap. vt debitus, de appellatio. & hoc modo Iudex magis excusatus erit.
 160 ¶ Itaque regulariter, atque ad eum semper ordinarius Iudex secundum allegata, & probata iudicare debet, l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præs. & 24. quæstio. 2. Didac. varia. resolut. lib. 1. cap. 1. numero 6. & Felyn. in cap. pastoralis, §. quia verò, ff. de offic. deleg. & Mascard. de probatio. conclusio. 949. quod etiam verum est in quocunque Iudice, quamuis Brachio Regio, vel quacunque alia facultate munito; licet quidam sint, qui eum Iudicem ex propria conscientia iudicare posse censeant; sed hoc tenendum est, quod Theologis placet, non quod quidam Iurisconsulti existimant. Bertazol. consil. crim. 291. numero 20. lib. 2. Ias. in §. si minus, numero 15. Instit. de act. vbi etiam id esse verum, si Iudex sciret veritatem aliter esse, vi. infra. Sed sunt quidam, ponit Decia. de Delict. cap. 12. 13. 14. 15. 16. & 17. tom. 1. Felyn. & alij in dict. cap. pastoralis, qui videntur limitare in modo procedendi tantum, quando scilicet liberum arbitrium datum est tantum in procedendo, quia limitata causa limitatum parit effectum, arg. l. funes, ff. de Procurat. tex. in l. cancellauerat, ff. de ijs, quæ in testat. delen. Paris. consil. 116. circa resolutionem, num. 8. colum. 2. volum. 1. Tiraq. tract. causa cessante, numero 147. ¶ Qua de re stante facultate Brachij Regij, & probationibus, seu indicijs, & alijs, de quibus supra, Iudex noster tutius procedere poterit, modò rigorosius, modò rigorosissimè, acriter, & acerrimè, secundum subiectam materiam iudicium associando semper, quantum possibile est cum veritate, & rigore, cum veritate, & mansuetudine, cum mansuetudine, & iustitia, cum iustitia, & veritate, cum veritate, mansuetudine, et iustitia, Marf. sing. 347. distinguendo prudenter inter delictum, et delictum, personam, & personam cum timore Dei, vt infra dicam circa Iudicis qualitates, Fab. à Monteleo, in sua pract. arb. in 5. par. num. 15. cum plur. seq. Canon. in cap. cum quidam, vbi glos. de iureiuran. glos. in l. & si feuerior, in ver. certis rationibus, C. ex quibus caus. in fam. irrog. Clar. quæstio. 64. ver. debet igitur. ¶ At quando nil Iudici constat in processu, et nil scit in conscientia à iure informata, caueat ne ex abrupto procedat, sed omnia prudenter agat, respiciendo finem, quoniam in ijs, in quibus facillimè alicui præiudicari potest lento passu, pede plumbeo eundum, & iusta mensura prius cuncta mensurari debent. Nam licet in grauissimis, & atrocissimis delictis facillimè ad torturam deueniri possit. Put. in ver. tortura, cap. 7. et 9. Grammat. vot. 21. num. 5. hoc solum tamen verum est, quando, vt dixi, ex rationabili aliqua causa per aliqua indicia Iudex mouetur ad torturam, et non sine illis, Rom. consil. 76. col. penulti. quia cui latior datur habena, magis præ oculis veritatem

tatem habere debet et æquitatem, Imol. in cap. cum æterni, de sent. et re iud. Bald. in l. fi. ff. de pœn. cum pro veritate inveniendâ Brachium Regium concessum sit, quod ¶ brachium est quædam subordinatio extraordinaria, non tamen iuri contraria, nec in modo penitus differens, et est quasi ferrum valde limatum, vel cote, vel rota perpurgatum, et perpolitum, ut magis acutè feriat, non autem dilaniet, vel laceret, et est tanquam theriaca contra venenum, sic Bald. appellat conf. 145. casus talis, vo. 3. et brachium ratione carens mortuum dicitur, l. cum nuda, de bon. damn. et semper in dubio tutior via est eligenda, et hoc modo Brachium Regium authoritas liberta, modus extraordinariè procedendi contra delicta atrocissima, et iniquos delinquentes, et omnia promunere iustitiæ suam fortientur effectum, Clar. d. quæst. 64. ver. debet igitur, Gand. de quæst. et tor. num. 41. Marf. d. §. diligenter, num. 24. vbi liberum arbitrium debet regulari cum iusto, et iudicium cum veritate, et æquitate, l. fin. ff. de probat. Boff. tit. de bannit. quid amit. num. 18. in fin. alioquin seruita legis litera repugnante æquitate veritas supplantatur, anima damnatur, et iudicium fordescit, Foller. pract. in princ. in ver. studeat, num. 39.

164 ¶ Sed nunquid Procurator, vel Aduocatus Fiscalis possint, aut debeant esse præsentés, quando quis ad torturam ponitur? & de iure communi videtur, dicendum quod non, Bart. in l. custodias, ff. de publ. iud. Paul. de Castr. in l. legis virtus, ff. de leg. Afflict. super constitut. quæst. in 2. not. quoniam Fiscus est pars, & non Iudex, & nullam habet iurisdictionem, Peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 1. numero 12. & Fiscus nil aliud est, quàm subditorum calamitas, et semper stat ore, et sacco paratus, ut no. Bald. in cap. 1. col. fin. exna de iureiurand. ma chi troppo la tira, la rompe, et guasta l'vfficio, et in pœnis agit causam lucrativam, ut per Caphal. consil. 241. numero 63. per text. in l. sciendum, ff. ex quibus caus. maior. Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. 2. numero 11. idem Caphal. consil. 605. col. penulti. et in Ciuitate Mantuæ nullo modo ex ordinibus Fiscales possunt interuenire examinibus nedum rigorosis, sed nec alijs, nec votum præstare possunt, sed duntaxat iura fisci defendere, et tueri, licèt secus sit in Statu Mediolani, vbi etiam in examinibus testium, et reorum fiscales interuenire solent, et in ordinationibus votum perhibent, quæ practica an sit laudabilis, me remitto ad Clar. d. quæst. 64. ver. quæro nunc.

165 ¶ An autem in pecuniarijs pœnis tortura sit adhibenda? et videtur quod non, ex quo qualibet pœna corporalis proueniens à tortura, est maior omni pœna pecuniaria, tex. in l. edictum, §. 1. ff. de quæstio, ita dicit Put. in ver. tortus, cap. 5. in 1. et Gomez. varia. resolut. tit. de tortura, numero 2. vbi de communi testatur, et allegat omnes DD. Put. Gand. Brun. Paul. Ghirl. et alios; sed opinio Bart. magis est recepta in practica, ut in subsidium deficientibus alijs probationibus sit locus torturæ leui, in l. Diuus, de quæst. quem Put. loc. cit. allegat, et Paul. Ghirlan. de quæst. et tortur. tenet idem, quando tractatur de delicto, siue principaliter, siue incidenter, ut quando in causa ciuili productum est instrumentum, & arguitur de falso, l. 4. C. de quæst. item in decoctoribus, ut per Put. d. cap. 5. & potest torqueri cedens bonis suspectus de occultatione bonorum, Franc. decif. 776. numero 12. & Florentiæ viget lex anni 1582. per quam Dominis Octo de Balsa (qui circa res criminales Magistratum gerunt) datur facultas torquendi etiam vxorem, filios, & alios de domo decoctoris, seu falliti, quæ procedere debet, quando præcedunt aliqua indicia, quod sciuerint, vel quod auxilium præstiterint, l. maritus, ff. de quæstion. minus lædetur

quam fieri possit. Et Fallini, & Doctores habent presumptionem contra se. Stracc. De Decoctor. 3. par. sub numero 22. cum seq. & sic valet consequentia, Fallitus ergo fraudator. Item quando negatur depositum; Put. d. cap. 5. & Abb. in cap. 1. de deposito, dum modo Iudex habeat authoritatem torquendi, Luc. de 166 Penna in l. vorax, C. de num. actuar. lib. 11. ¶ & etiam super leuibus delictis torturæ moderatæ locus est, Clar. quæst. 64. ver. præterea, in fi. Bald. in l. sicut, C. de fals. multò magis est locus torturæ quando pœna est pecuniaria, vel corporalis arbitraria. Vnde si quis pauper, & vagabundus furtum fecerit, etiam si pœna sit pecuniaria, & in subsidium corporalis, torqueri potest defectu probationum, Bald. de Perus. tract. de quæstio. & tor. cap. 2. numero 5. Paul. Ghirlan. d. quæst. 7. & facit in tit. de fur. Boff. numero 65. & in tit. de indic. & confid. an. tor. numero 136. & 137. Foller. in 3. par. suæ pract. 3. par. ver. & si confitebuntur, & quicquid sit de iure, tamen de consuetudine in delictis leuibus, & in pœnis pecuniarijs deuenitur ad torturam, ex quo attenditur id quod principaliter fit, quod est perquirere veritatem, ne delicta remaneant impunita, & non quod in cõsequentiã venit nempe dolor torti, Ghirlan. d. quæst. 7. nu. 6. & hanc opinionem tenet Bald. in l. 2. C. de exhiben. Reis, Franc. Marc. decif. 906. num. 15. par. 1. latè Farinac. de indic. & tor. quæst. 42. numero 19. & 20. licèt numero 16. 17. 18. & 25. videtur tenere contrarium, tamen consuetudo est in contrarium contra personas viles, & non nobiles, maximè stante arbitrio libero procedendi, Carer. in l. obseruare, numero 179. vbi casus omnes ponit, quibus tortura inferri potest, Baiard. ad Clar. dict. quæstio. 64. numero 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. qui per suas additiones laboribus studiosorum pepercit, quas reperiendo ferre 167 necesse est, & quidem bonum opus fecit, ¶ vbi an testis in causa ciuili varius, & vacillans possit torqueri, allegat Marf. in l. de libero homine, num. 12. ff. de quæst. & Ghirl. d. quæst. 7. nu. 3. qui tenet quod non ex natura causæ, sed propter illud accidens vacillandi, Bald. & Salycet. in dict. l. sicut, C. de fals. quid in causis ciuilibus.

168 ¶ Ad vnum in materia mandatarij, & mandantis volo aduertere in actu practico, quoad torturam; Nam quandoque delictum est mandatum ab vno, & patratum ab altero, & Iudex dum vult torquere bono modo persuadendo inducit mandantem ad dicendam veritatem, qui fatetur dedisse mandatum ad vulnerandum, aut ad verberandum, seu fuste cadendum.

Veruntamen asserit se reuocasse mandatum reintegra, an standum sit huic confessioni taliter qualificatæ, postquàm mandatarius executus est, & nunquid credendum sit mandantem mandatum reuocasse. Prima facie videtur hanc qualificatam confessionem cum sua qualitate acceptari debere, iuxta doctrinam Bartoli in l. Aurelius, §. idem quæstio, ff. de liberat. lega. & ad hoc multa possent adduci, quæ breuitatis causâ omitto; Attamen cum reuocatio sit facti, & facta non præsumantur, nisi probentur, l. in bello, §. facta, ff. de capt. & postl. reuer. merito hæc qualitas est probanda, ut de qualitate necessariæ defensionis dicitur à Claro in quæst. 55. ver. posset, & D. Menoch. de arb. iud. cas. 93. num. 36. & 37. Soc. in l. cum quaritur, in fin. ff. de duobus reis, vbi tenet hanc qualitatem probandam esse, & circa hanc materiam vide Bursat. conf. 77. num. 18. & Bertazol. consil. 27. & consil. 449. numero 31. & Mascard. de probatio. conclusio. 867. Gabriel. co. concl. tit. de malef. lib. 7. conclusio. 19. Farinae. quæstio. 32. numero 60. de Carcer. & quamuis mandatarius excuset etiam mandantem, dicendo quod reuocauit suum mandatum,

tum, tamen non penitus eum liberat, quando coniectura, & præsumptiones sunt in contrarium. Foller. pract. crim. in ver. & si confitebuntur, num. 46. & 47. ubi distinguit, aut contra qualitatem annexam adest præsumptio iuris, & tunc Confessio potest pro parte acceptari: vt si Reus confiteatur se occidisse ad sui defensionem, vel non animo occidendi, vel iniurias dixisse non animo iniuriandi, Nam statur confessioni contra se, sed qualitas est probanda, l. exemplo, C. de probatio. Tex. & Glos. in l. si quidem, C. de except. et potest torqueri, vt explicitè confiteatur Bal. in l. vnica, col. 11. C. de confess. Grammat. vot. 2. numero 12. & vot. 24. & ita Angel. de Malefic. in ver. comparent dicti inquisiti, Foller. ubi supra, numero 48. ubi dicit Ferrar. in cautel. 5. tenere contrarium quod esse arbitrarium Iudici, credo nisi Reus probare paratus sit, vel quando semiplene dictam qualitatem probasset, vel si Reus conditionaliter tateretur, vt puta si hoc feci, ad mei defensionem feci, secundum terminos Bertazol. Capol. & aliorum idem fateretur fecisse in pura rixa, quia præsumitur in pura rixa factum. Blanc. de indic. numero 179. Plot. inter Consil. crim. diuer. consil. 130. numero 74. & Foller. sub d. numero 47. sequitur suam distinctionem, & dicit, Aut contra illam qualitatem nulla adest præsumptio iuris, & tunc aut confessio continet vnum capitulum, aut plura. Primò casu debet tota acceptari, & non potest diuidi, vt si Reus confiteatur promississe sub conditione, vel si dicat verum est quod accepi à te decem, quæ mihi ex causa mutui debebas, secundum Bart. in dict. l. Aurelius, §. idem quaerit, ff. de liberat. legat. Secundò casu quando plura capitula continet, vt puta si confiteor verum esse, quod mutuo accepi decem, sed postea fecisti Dilationem, vel pactum de non petendo, & hoc in casu Reus tenetur probare, Dilationem, vel pactum, & Confessio pro parte acceptari potest. Mil. in pract. crim. fol. 71. numero 33. & seq. Angel. dict. ver. comparent dicti inquisiti, & partem confitentur, & partem negant, ubi dicit quod si quis confitetur factum, & negatur qualitas, poterit condemnari, si qualitas non erit probata, per Bart. in l. eum qui, in princip. ff. de iureiuran. Sed vide omnino Boer. Decisio. 243. ubi ait quod Confessio quando est facta cum iuramento, & qualitas orta est simul, & semel, cum ipsa obligatione quod in totum acceptari debet, secus si ex interuallo, vt puta confiteor me recepisse mutuo centum, & promisi restituere intra quattuor annos. At si confiteor me accepisse mutuum, sed quod tu fecisti pactum de non petendo, sunt actus separati, & hæc qualitas non dicitur simul orta, sed ex interuallo, vt per Boer. dict. quaestio. 243. sub numero 7. 8. & 9. & de hac confessione qualificata per eundem Decisio. 339. ubi vim facit in Iuramento quando est indiuisibile, de quo vi. in Pract. de test. par. 3. sub numero 70. At redeundo ad propositum nostrum circa qualitatem probandam, vide Socin. in l. cum quaeritur.

169 † Prima coniectura, quod reuocatio mandati non sit verè facta, est quando in mandato, & mandante hæc tria concurrunt, inimicitia cum offenso, minæ præcedentes, & quòd mandans sit superior mandatario, & ei iubere possit; ista sunt argumenta mandati factum præcedentia, arg. eius quod dicit, Ias. in l. 1. de Sicar. ubi Castrenf. facit Put. in ver. tortus, cap. 12. num. 3. & 4.

Secunda coniectura est, quando mandans post reuocationem adhuc conqueritur cum mandatario, de eo contra quem iam dederat mandatum, ex quo perdurare in eo mala voluntas dicitur, & si non aduertit, præsumitur velle vindictam fieri, & non dicitur hoc in casu instigator, sed mandans respectu

mandati præcedentis, non obstante asserta reuocatione. † Nam reuocatio verbo, & facto fieri debet Capol. cautel. si. qui est, num. 258. sub num. 3. & ibi Add. & reuocans ostendere debet se penitus alienum ab executione mandati remisso animi rancore, Carer. in d. pract. car. mihi 127. num. 26. & adhuc irritando mandatarium post reuocationem mandatorum, ijs lamentationibus facit actum contrarium reuocationi, l. qui non facit, de reg. iur. & l. 171 quicquid in calore, eo. tit. † & si mandans non est tutus, quod mandatarium sit pariturus reuocationi, tunc tenetur bono modo certiores facere inimicum suum similibus verbis: Petrus iram tecum habens ea de causa, quam tu optimè nosti, tibi nocumentum aliquod asserere statuerat opera sui amici, sed poenitentia ductus ob amorem Dei reuocauit mandatum, & rogat te, vt eum veri amici loco semper habeas, & quod etiam caueas à tali suo affine, vel amico, (non tamen eum nominando pro mandatario,) quia ratione nimix affectionis, quam in eum gerit, aliquid fortè contra te moliri poterit, caueas ergo diligenter tibi, nè is in te aliquid iniquum gerat. Et si hæc practica secuta est, mandans exoneratus fuit à delicto secuto negligentia offensi, Carer. in d. pract. in verb. circa tertium, num. 17. fol. mihi 127. licet Gomef. contrarium tenet tit. de delict. cap. 3. num. 40. Ang. in ver. & Sempronium, fol. 63. quam opinionem locum habere intelligo, quando mandans non est tutus, quòd mandatarium non sit executurus mandatum, non obstante tali reuocatione, vt dixi, facit tex. in l. manifestissimi, C. de fur. & l. culpa, Carer. de reg. iur. tex. in l. furiosum, & ibi glos. C. qui test. fac. poss. Abb. in cap. ad audientiam, num. 7. de homicid. voluntar. vel casual. DD. in l. 1. §. penult. ff. quor. legat. alioquin si mandans non facit quicquid in veritate potest ad effectum, vt mandatum minimè executioni mandetur, quicquid inde sequitur propter mandatum, dicitur culpa mandantis factum, l. qui occidit, §. in hæc quoque, ff. ad leg. Aquil. 172 † non obstat textus in l. nihil tam naturale, de reg. iur. sic Innoc. in d. cap. ad audientiam, num. 3. Nam procedit quando non fuit secutum aliquid contra reuocationem, & solum quaeritur, an quis de solo mandato sit puniendus, vt in assassinio, in quo quis per solum mandatum punitur assassinio non secuto, nec attentato, Grammat. voto 8. DD. in l. si quis non dicam, C. de Episc. & Cler. Decia. tex. in glo. in cap. pro humani, in verb. mandauerit, de homic. iu. 6. qui textus cum glossa faciunt ad statutum Mantuæ sub rubr. 49. de mandatoribus, in §. mandans verò, ubi videtur velle solum mandatum in assassinio esse punibile, non obstante reuocatione; item in omnibus alijs atrocibus delictis quis extra ordinem punitur, Put. in ver. tortus, cap. 12. num. 3. col. 3. de quo etiam per Carer. fol. 128. num. 26. nam isto in casu sufficit constare de reuocatione, & ita procedit opinio Baldi, & aliorum quos Carer. alleg. dicto num. 17. & Gomef. loc. cit. Sed si detur mandatum alicui affini de vindicanda iniuria, quæ etiam illum tangit, si reuocatum debito modo mandatum fuerit, et tamen non obstante reuocatione mandatarium mandatum exequatur, tunc is non tanquam mandatarium, sed tanquam principalis puniretur, & mandans excusaretur, l. culpa caret, de reg. iur. Ceterum quando iniuria non tangeret mandatarium, mandans non euitaret aliquam poenam, per l. qui occidit, §. 1. in hoc quoque, ff. ad leg. Aquil. Cacher. decis. 104.

Tertia coniectura est, quando mandatum, non obstante reuocatione, executioni est mandatum à mandatario, qui nullam causam habebat contra eum, quem offendit, & quem verisimiliter non offendisset,

fer, nisi mandatum fuisset, DD. in l. 1. C. de ser. fug. & Felyn. in cap. sicut dignum, in 4. col. ver. tertia conclusio. cum plur. seq. de homic. & dixi supra sub numero 137. & infra in Capic. decis. 155. Menoch. de arb. cal. 352. num. 13.

Quarta coniectura est, quando delictum fuit tractatum in domo mandantis, & post assertam reuocationem vno gentis manu prompta ibidem congregata est, & ab ijs postea secutum fuit delictum, l. semper, qui non prohibet, ff. de reg. iur. Dyn. in reg. ratihibitionem, eod. tit. Boss. tit. de crim. las. Maieft. num. 24. & 27.

Quinta coniectura est, quando post reuocationem mandatarij arma prohibita sumpserunt in eadem domo mandantis, eo sciente, & eadem die secutum fuit delictum iam mandatum animo praemeditato per insidias, & occulte, puta ab hominibus latuatis, aut barbas simulatas gerentibus, aut noctis tempore, quoniam haec obstant dictae reuocationi, quia exitus acta probat, l. rem non nouam, §. fin. C. de iud. cum similit. & faciunt quae supra in secunda coniectura dicta sunt, & sub num. 107. vbi de indicio praeparationis armorum, & vide Afflict. super constitut. reg. lib. 1. tit. de illicita portat. armorum, per tot.

Sexta coniectura est, quando statim delicto patratu delinquentes se receperunt in domum mandantis, & mandatarius ad aures eius secreto delictum patratum nunciavit.

*Da lui sperando per l'annuncio diro
Acquistar gratia, & ingannar il Bivo.*

quia praesumitur ex mandato delictum secutum fuisse, non obstante colorata reuocatione, ad trad. per DD. in l. si quis mihi bona, ff. de acquir. hered. Bald. in l. sententiam, C. de interloc. omn. iud. fil. nupt. lib. 2. num. 66. Menoch. de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 27. Placha. Ep. t. Delict. cap. 14. num. 5. & 6. vide quae dixi in pract. de test. par. 3. num. 200.

173 ¶ Septima coniectura conuenit cum proxima praecedenti, & est quando mandans post delictum sequutum recepit in suam domum delinquentes, & occultos tenuit, praebendo eis cibum, & potum, & arma eorum sanguine madefacta abscondendo, Decia. de Delict. lib. 9. cap. 38. tom. 2. & dicitur ratum habuisse mandatum, non obstante intermedia reuocatione, quo casu poena ordinaria tenetur, secundum Carer. in §. sequitur, de ratihibitione, num. 20. fol. mihi 140. cuius opinio vera est, licet male allegatur Aret. & fulcitur nedum per reg. semper qui non prohibet, de reg. iur. sed pro ea est glossa in d. cap. pro humani, in verb. mandauerit, vbi Ioan. Andr. de homicid. in 6. & Plac. Epit. Delict. lib. 1. cap. 19. versic. vndecimo, duodecimo, & tertiodecimo, vsque ad fin. Bald. subtiliter in l. obseruare, §. proficisci, ff. de offic. Proconsul. Rom. consil. 105. num. 2. & Ang. de Malefic. in verb. & Sempronium, vbi Aug. num. 21. qui in assassinio loquitur Farinac. de indic. & tor. quaest. 44. num. 11. & 12. & qui illico recipit delinquentem post delictum, non minus quam ipse delinquens punitur, l. 1. ff. de recepta. Grammat. vot. 15. numero 2. Menoch. de arb. iud. cal. 384. Mascard. de probatio. conclusio. 1264. & 1392. numero 15. Carer. fol. mihi 140. num. 20. Dyn. in cap. ratihibitione, de reg. iur. in 6. & DD. in l. si quis pro emptore, ff. de vsucap. intellige in mandante, vel alio ratum habente delictum, alioquin qui bona fide post delictum receptaret delinquentem, circumscripto statuto, de iure communi non punitur, sic l. si qui, Cod. de Adult. Put. de syndic. in verb. tortus, cap. 3. Sed punitur tantum pro simplici receptione, non autem tanquam socius Criminis. Barth. Socin. consil. 262. Bonacoss. quaest. crimin. super statu, in verb. receptans, vbi multa in hac materia.

Octava coniectura est, quando mandatarius executus est mandatum, non obstante reuocatione, ob quod delictum commodum obuenerit mandanti, & non mandatario, Carer. fol. mihi 127. & faciunt quae supra dixi in 3. coniectura.

Nona coniectura est, quando mandans est vir male qualitatatis, & solitus talia committere, reg. semel malus, de reg. iur. in 6. & praesumitur reuocationem ficto modo fecisse, praeparando defensiones, si casus contingeret; quando aliquam aliam defensionem fecisse constet, quoniam ex vno inferitur ad aliud, l. Papinianus, §. exuli, de minor. lat. Euerard. in argument. a simili.

Decima coniectura sumi potest ex variatione mandantis, qui allegat reuocationem, eamque probat, tamen in suo examine se inuoluit, & nescit se explicare, faciunt supra dicta num. 136. vbi de variatione, maxime si in reuocatione inest aliquod factum non verisimile, quia quod verisimile non est, falsitatis imago est, cap. quia verisimile, de praesumpt.

Vndecima coniectura est, quando iste prima vice negauit mandatum dedisse, postea fassus est cum ista 174 qualitate reuocationis, quo casu ¶ mendax in principali praesumitur mendax in accessorio, & faciunt quae dixi supra num. 87. vbi de indicio mendacij, maxime concurrentibus alijs coniecturis, vt de receptione, & occultatione delinquentium post delictum, vt supra in septima coniectura.

Quibus coniecturis stantibus parum de ipsa reuocatione curandum est, tanquam ficta, & captatoria, 175 & subdola, ¶ cum in dubio tam super dicto mandantis, quam mandatarij recurrendum sit ad coniecturas, vt inquit Bald. in tit. de pac. iuram. firm. §. in iniuria, & refert Put. in ver. tortus, num. 42. sicut in omnibus alijs rebus, l. contractus, & l. semper in stipulationibus, de regul. iur. Mantia. de coniectur. vlt. volunt. in princip. Menoch. de praesumpt. per tot. & idem solum restat deuenire ad torturam contra mandantem, quando fassus est dedisse mandatum tantum ad fuste percutiendum, aut vulnerandum, & secutum fuit homicidium, non baculo, fuste, vel lapide, sed armis aptis ad occidendum, & cum tot, tantisque vulneribus pro maiori parte lethaliibus in personam eius, qui se defendere nequiuit, quo casu tale praesumitur mandatum, quale factum successit, l. rem non nouam, §. fin. C. de iudic. cum similit. Quid si dictum sit, dagli, d' feriscilo alla peggio, & mandatarius occidit, vel proditoriè vulnerauit, an intelligatur datum mandatum ad occidendum, vel ad proditoriè vulnerandum? & videtur quod sic, quia ex facto mens & verba declarantur, arg. l. si vno, in prin. ff. de locat. & l. 2. & 3. C. de pact. quae sunt notanda pro statuti certam qualitatem requirentibus.

176 ¶ Et in hoc proposito mandati Doctores differentiam faciunt inter mandatum, persuasionem, & consultationem, quia qui mandat dicitur pro se mandare, qui persuadet, vel consultat pro alio, Gomez. de delict. cap. 3. num. 43. Grammat. vot. 16. & notandum, quod mandans, & mandatarius pari poena puniuntur, Salyc. in l. non ideo minus, quaest. 6. C. de accus. alios adducit D. Menoch. de arb. cal. 353. num. 2. Bart. in l. non solum, §. si mand. ff. de iniur. Farinac. de inquisitio. quaest. 7. num. 48. nimirum

177 ¶ quia Herodes cum mandauerit tantum innocentes occidi, nihilominus ipse appellatur homicida, vt in tex. Matth. cap. 2. ibi mittens Herodes occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehẽm: sic de Dauid dicitur, qui etsi homicidium per se ipse non commiserit, veruntamen ijs verbis repræhensus fuit à Profeta Nathan, Vriam Hethæum percussisti gladio, 2. Regum 12. est tex. in cap. qui per alium facit, de reg. iur. in 6. vbi Add. ad Dyn. num. 3. vbi multa in pro-

in proposito, & in materia statutorum afferuntur, est etiam tex. l. Cornelia, ad leg. Cor. de ficar. & optimus tex. in l. sed si quis, §. quantum, ff. si quis cautio. ubi factum serui de mandato Domini, adscribitur Domino: faciunt quæ infra dicam num. 180. & facere dicitur qui cum possit prohibere non prohibet, Ladigere, in princ. ubi gl. ff. de iur. patron. & ideo mandatur, vel socius criminis iste reputatur, Dec. in l. semper qui non prohibet, num. 8. cum ibi per eum adduc. de reg. iur. est materia, l. non ideo minus, ubi Bald. & Salyc. C. de accus.

178 † Item notandum, quod mandans non tenetur si mandatarium excessit fines mandati, quando erat in potestate mandatarij fines seruare, ut si mandatum fuit alterum percutere fuste extra plateam, vel alia loca, in quibus delinquentibus maior pœna imponi solet, & sic quando ratione loci pœna à statuto augetur, tunc si in platea ceciderit, non tenetur mandans de isto excessu, Clar. quæst. 89. vers. penè aliquis, Ang. de Malef. in verb. & Sempronium, 18. num. 36. & ibi Ang. Cæpol. conf. 34. secus si datum sit mandatum ad cadendum tantum, & vulneret, vel ad vulnerandum, & occidat, multò minus tenetur, si dedit mandatum ad occidendum aliquem, qui iam à mandatario ante mandatum occisus fuerat, non tamen intuitu mandatarij, Iaf. in repet. l. quo minus, ff. de flum. add. ad Dec. in d. l. semper, qui non prohibet, in fin. num. 8. de reg. iur. tenetur in foro fori, & in foro poli, quatenus ad conatum, & affectum, de quibus in 4. par. num. 195. per l. cogitationis, de pœn. Duen. reg. 35. & not. hic quod statutum puniens simpliciter delictum, non comprehendit illud, in quo est admixta qualitas aggrauatæ delicti, l. si quis viduam, C. de adult. l. si adulterium cum incestu, C. de Rapt. virg. plura per Castrens. conf. 136. sub num. 4. col. fi. vo. 2. Sed in materia excessus, vt Lancelot. de attentat. par. 1. cap. 1. Cæpol. conf. 36.

179 37. 38. & in num. seq. † quoniam mandans tenetur de omni, & toto eo, quod sequitur propter mandatum, quia scire poterat non esse in potestate mandatarij ita percutere, vt sit securus, quod non sequatur vulnus, aut mors, Perche le bastonate, & ferite non si possono dare à misura à vn homo, che si può muo uere, & difendere, Marf. conf. 67. idem in l. §. Diuus, num. 9. ad leg. Cor. de ficar. Monticell. pract. crim. reg. 7. num. 58. D. Menoch. de arb. iud. cas. 35. & Decia. tract. crim. tom. 2. lib. 9. tit. quomodo mandans; cap. 33. ubi num. 8. & seq. optimè hanc rem explicat circa qualitatem inherentem mandatario exequenti, & delictum aggrauantem, & pœnam augmentem, an utique inhæreat qualitas ista mandanti, videlicet an pœna aucta ob factum mandatarij, teneat etiam mandantem; & e contra de qua est theotica Bart. in l. is qui opem, ff. de fur. secundum quam Decian. ait,

180 quod † qualitates, quæ insunt personæ facienti respicientes, & alterantes delictum, intelliguntur etiam inesse mandanti, cui (vti primæ causæ) attribuitur actus, l. qui iniuriæ, ff. de fur. & denominatur non à faciente, sed ab eo cuius contemplatione factum est, l. profectitia, in princ. de iur. dot. l. 2. §. omnia, C. de vet. iur. enuclean. §. eamque hoc. in progm. institui. dixi supra num. 177. & sic qualitates concomitantes delictum pœnam aggrauantes respectu loci, & temporis, considerantur etiam respectu mandantis; sed verior videtur opinio Angeli in locis mox adduct. & opinio Bart. videtur procedere quando datum fuit mandatum simpliciter non adiecta aliqua alia circumstantia circa modum exequendi, vt innuit Decia. ibi sub num. 9. Si verò qualitas delicti inhæreat personæ mandatarij, & non delicti, tunc illa qualitas non nocet mandanti, vt num. 11. quamuis in contrarium videtur sentire Baldus in l.

non ideo minus, num. 11. C. de accusat. et dat instantiam, vt si quis mandaret seruo occidere dominum, vel filium patrem, quia etiam respectu personæ mandatarij augetur pœna mandanti, cum non sit dubium, quod qui offendit patrem magis delinquat, quam si alterum lædat, tot. tit. ad leg. Pompei, de paricid. Ipse verò dico sic, si mandans sciuit, vel scire potuit saltem in genere, quod euenire potuit, tenetur luere pœnam auctam, siue ratione personæ, siue qualitatis delicti, per ea, quæ tradit Bertazol. conf. 299. & 161. Addit. lit. A. vo. 2. si verò secuta sit qualitas, quæ non poterat cadere in consilium humanum, tunc mandans videtur tantum teneri pœna extrordinaria, de reg. qui per alium facit ubi Dyn. in fin. de reg. iur. in 6. & vide etiam Dec. in l. is damnum, ff. eo. tandem concludo quod mandans tenetur de excessu, Lancell. de attentat. par. 1. cap. 1. Cæpol. conf. 35. 37. & 38. ubi de eo, qui dedit mandatum ad vulnerandum tantum, quia hæc est materia quotidiana, non mirum est, si aliquantisper à tramite torturæ digressus sum.

181 † Postquam reus delictum per torturam confessus est, expedit confessionem ratificare extra locum torturæ post vnam diem naturalem coram Notario, vt inquit Put. in ver. tortus, cap. 1. num. 28. & 29. & seruatur de iure communi, & si per statuta aliter cauetur, seruentur ordines: & de hac ratificatione iam dictum est in pract. de test. par. 4. num. 158. multa trad. Marf. pract. §. quoniam, in princ. Clar. quæstio. 64. vers. ceterum, & ver. & circa ver. debet quoque, lo. Claud. conf. 101. num. 15. pulchrè Gomes. de delict. cap. 13. num. 24. & fieri solet etiam testibus presentibus, vt Mantua, & alibi, Ang. in ver. quod fama publica, num. 12. ubi tamen hoc esse Iudici arbitrium dicit, Gand. de quæst. & tor. num. 33. si quidem attentata atrocitate delicti, & personarum qualitate tardè, aut citiùs ratificatio fieri debet, ex quo tempus hoc nequaquam præfixum in iure inuenitur, vt inquit Clar. d. ver. ceterum, sed iuxta stylum locorum ratificatio est facianda, ad hoc vide Cæpol. conf. 39. num. 50. 51. & 52. & stante hac facultate Brachij Regij in delictis atrocibus erit in arbitrio, & potestate Iudicis nostri, vt ratificatio fiat etiam eadem die, pura post quatuor, vel sex horas quando confessus per torturam esset vir facinorosus, & solitus talia patrate, Bart. in l. 1. §. Diuus, numero 5. & Apostill. ff. de quæst. vel quando contra eum fuerunt indicia vrgentia, Clar. quæst. 65. ver. si verò, vel quando iste esset vir fortis, qui vix tortus statim factus est delictum, quod est verisimile fecisse, Foller. pract. crim. in 3. par. ver. & si confitebuntur, num. 113. Mascard. de probatio. conclusio. 353. num. 22. cum seq. & per Clar. d. quæst. 64. d. vers. & circa, & in vers. præcedendi, admonet ne tortus, & confessus ducatur ad solitum carcerem, sed custodia tur in loco remoto ab alijs solus, donec & quousque ratificauerit, ne persuasionibus seducatur, & est consilium in practica penitus seruandum, Marf. pulchrè in sua pract. in §. quoniam, à num. 38. cum mult. seq. ubi quando opus non est ratificatione, & ratificatio fieri debet etiam si metu tormentorum confessio emanauerit, Bru. de indic. in 6. quæst. 2. par. num. 4. Paul. Ghirl. de quæst. & tor. quæstio. 4. num. 2. Foller. ubi supra num. 81. & de metu vide Dec. in l. omnibus pro facto, ff. de reg. iur.

182 † Confessio igitur in tormentis facta debet (vt supra) ratificari, vt perseverata esse dicatur, circa quæ perseverantiam Put. in verb. tortura, 1. cap. 9. num. 3. dicit, quod duæ consentium perseverantia reperiantur, quarum vna expressa est ad condemnandum, quæ sola sufficit, & de qua loquitur l. 2. ff. de custod. reor. Altera est perseverantia tacita, quando con-

- confessus in tormentis tacet, & nihil contra confessionem adducit eam non reuocando, & minus approbando, & hæc sola confessio sine præcedentibus indicijs non sufficit, sed perseverata habetur pro spontanea confessione, l. 2. C. de custod. reor. tenet
- 183 Put. d. cap. 9. num. 2. † & concludit valere expressam perseverantiam confessionis factam in tormentis, quantum valet confessio spontanea facta sit per processu nullo per iura, & Doctores quos ibi allegat; & prædicta esse vera intelligo duobus concurrentibus; Primo, auctoritate Brachij Regij, qua potest procedi liberius, quam Iudex ordinarius soleat; secundo, quod confessio sit verisimilis, et alia suffragentur adminicula, vt no. in cap. quia verisimile, de præsumpt. Put. in d. verb. tortura, l. cap. 4. num. 1. & alibi supra pluribus in locis tetigi, quia non est standum soli confessioni etiam perseverata nullo modo, si ante, vel post non sit verificata indicijs, vel Iudex noster sciat in sua conscientia, secundum iura informata per aliquas probationes verisimiles, verè hunc confessum deliquisse, alioquin Catal. de syndic. vers. 145. iure exclamabit cum Bart. in l. penul. ff. de quæst. cum quo communiter Doctores concurrunt. Brun. à Sol. d. quæst. 51. num. 185. & quando quis perseverare dicatur, ponit Put. in ver. tort. cap. 9. num. 2.
- 184 † Cæterum si reus, qui confessus est in tortura nolit postea ratificare, poterit iterum torqueri, & si rursus confiteatur in tortura, nec postea vulnerit ratificare, tertia vice torquebitur iure ordinario, & non ultra, sed stabitur tertio, & ultimo eius dicto, ne in infinitum procedatur, l. boues, §. hoc sermone, de verb. sig. Caso. de tor. cap. 21. Paul. Ghirl. de tort. quæst. 7. num. 11. & stantibus validis indicijs, & mala qualitate personæ, ac atrocitate delicti poterit extraordinariè puniri, si tandem ratificare noluerit, vt supra dixi.
- 185 † Aduertendum quod confessio debet esse probabilis, & verisimilis, ac concludens, siue fiat spontè, siue in tortura, antequam fiat ratificatio, vt aduertit Mascard. de probat. conclusio. 353. & Marf. in l. quæstionis modum, num. 17. de quæst. Menoch. de arb. cas. 269. vide infra num. 201. & quando confessio verisimilis dicatur, ponit Tiraq. in l. si vnquam, in præfat. num. 60. cum mult. seq. & tradit Decia. consil. 16. num. 26. vo. 3. Vnde si reus in tortura variaverit, qui modò ait, modò negat, quasi videatur deludere Iudicem, vel confessionem vagam, accipitem & intricatam fecerit, aut non rectè omnia, & singula, quæ debet expresserit, debet benè torqueri, vt clarè confiteatur veritatem, (vt dictum est) propter indicium vacillationis, & intricationis, supra num. 106. & per Bald. in l. Presbyteri, C. de Episc. & Cler. Put. in ver. tortus, cap. 6. num. 1. col. 2. Demum torto sufficienter, & in eadem confessione intricata manente, dum facienda est ratificatio, illa debet magis clarè fieri, quam fieri potest, & diligenter in ratificatione est interrogandus, vt seriem facti narret: ad hoc propositum vide Bero. quæstio. 126. maximè quando de vita hominis tractatur.
- 186 † Restat videre, an confessio in tormentis facta, & modo quo supra ratificata possit deinceps reuocari? & videtur quod non, maximè stante statuto, vt Mantuae in rubr. de torment. ad hæc vide Bart. in l. Diuus, de quæstio. Bald. & Saly. in l. fin. C. de probatio. qui sunt contrarij; sed Grammat. consil. 40. num. 29. tenet non esse audiendum reuocantem, & in hoc etiam dico Brachium Regium esse magni effectus, quia si Iudex noster in conscientia à iure informata, vt supra, scit confessionem esse veram, tunc non admittet hanc reuocationem, per ea quæ supra dixi in 2. par. nu. 207. & 232. & alibi, vt in ver. tortus, cap. 9.
- 187 num. 1. † secus quando nullis præcedentibus indicijs quis fuisset confessus, & ratificauit, posteaque reuocat confessionem, nam etsi æquiparentur hæc confessionis ratificatio, & perseverantia, confessioni spontè factæ, vt paulò ante dixi, nihilominus quoad reuocationem non fit repugnantia, ita tenet Bertazol. consil. 341. num. 19. consil. 427. num. 9. Alexand. consil. 5. in causa inquisitionis, col. 1. vol. 1. Rom. consil. 167. Bursat. d. consil. 201. num. 24. volum. 2.
- 188 Boss. de confess. num. 8. † Quinimodò etiam si non reuocauerit, non valet confessio nullis præcedentibus indicijs per iura, & DD. adduct. à Mascard. de probatio. conclusio. 353. fallit stante querela, & concurrentibus adminic. Bart. & DD. in l. Diuus, & in l. Maritus, ff. de quæst. item fallit si coram Iudice fiat incompetenti cum indicijs, & deinde ratificetur coram Iudice competenti quoad eum, nõ autem quoad alios, vt declarat Vant. de nullit. tit. quoties, & intra quos, & c. num. 51. & seq. Hinc est, quod confessio testis per torturam, seu eius depositio recepta à non habente iurisdictionem non valet, vt in l. legatum sub conditione, §. fin. vbi Bart. ff. de aliment. & erronea reputatur, Bald. in l. alia, col. 2. C. de ijs, quibus vt indig. & per Vant. allegat loc. cit. at per reuocationem sublata ratificatione, & docto de causa iustæ reuocationis, nullo modo reus puniri poterit, vt firmat ultra alios Iul. Scarlat. consil. 112. num. 36. vol. 1. inter Consil. crim. diuerso. & DD. supra relat. Felicia. Consil. crim. 47. num. 28. vbi ampliat etiam si superuenerint indicia per doct. Bart. in d. l. maritus, ff. de quæstio. Boss. in tit. de confess. per tor. nu. 6. Brunor. à Sol. quæst. 51. num. 187. secus est stante auctoritate Brachij Regij, ob quam Iudex noster potest procedere liberius, quam Iudex ordinarius, per supradicta, & per Felyn. in cap. olim. de rescrip. numero 8. Ias. in l. Magistratibus, num. 9. de iurisdic. omnium iudic. Clar. quæstio. 55. versic. item possit, & Mascard. de probatio. conclusio. 357. Socin. Iun. consil. 39. num. 21. volum. 2. dum modò non ex abrupto, sed ex aliqua causa rationabili præcedentibus aliquibus indicijs animus Iudicis nostri motus fuerit, est tex. cum glo. in l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæstio. Scilicet, vt quia reus sit malæ famæ, & qualitate, vel vacillans, vel quia adducit in suo dicto testes
- 189 valdè suspectos. † Nam etsi de iure quis non debet constitui reus non subsistentibus legitimis indicijs, tamen constituto de delicto, & portecta querela, & qualitate personæ, & aliquibus indicijs præcedentibus, stante vi liberi arbitrij Iudex potest statim examinare reum captum (vt in patria mea seruatur) vbi per processum informatium proceditur iuxta præctam, de qua supra in 2. par. huius tract. dixi numero 299. & per superuentionem aliorum indiciorum Iudex poterit repetere torturam, in qua confitendo, & ratificando poterit condemnare, & sic vide quantum possit vis Brachij Regij; quicquid dicunt Doctores quos allegat Brunor. à Sol. quæstio. 51. numero 10187. † & multoties isti delinquentes faciunt sua præparatoria, casu quo capiuntur, & solent nominare in suo constituto aliquos suos amicos præmonitos, & quandoque socios criminis, de quibus curia notitiam non habet, asserentes, quod ibi non erant quando delictum patratum fuit, & dant testes ad exonerandum eos, & eorum socios; qui testes si examinarentur, equidem defensiones facerent ante tempus, & contra fiscum deponerent, sicut etiam exonerarentur ab ijs rei comparere nolentes, qui solent supponere amicos, vt curiæ recordari debeant nonnullos esse testes benè de negotio informatos; quod aduertit tex. l. 1. §. in causa ibi, plerique enim dum metuunt ne fortè rei apprehensi eos nominent, prodere eos solent, hoc modo impunitatem sibi capientes,

præstantes, sed non facile eis indicantibus proditores suos creditur; vide quæ supra dixi in 2. par. nu. 138. At incauti Iudices fidem ijs præstantes & minimè aduertentes, quod in cauda stat venenum, vocant nominatos, qui examinati totam intentionem fisci destruunt; & inchiudano, vt fertur l'arrigliaria; sicut etiam dicitur de illis reis, qui persuadere solent Iudici, vt caueat ab examine testium contra ipsos examinatorum, quia offerunt statim probare subornatos fuisse, & hoc sub prætextu non faciendi de delicto delicta; vnde si Iudex non sit bene cautus & versutus, decipitur quia attendens ad detegendam subornationem destruit dictum talium testium contrarium deponentium, sed hanc subornationem exceptionem Iudex debet reseruare ad finem pro tempore faciendæ defensionis, & ijs supradictis modis sit impostura si co, ac contra veritatem. Quia in re Iudex cautus ac prudens in hoc regulabitur à sua prudentia & penetrabili iudicio, ac practica, præsertim quando delictum est atroc, & suspitio rationabilis, & non captiosa. ¶ Quoniam Deus omnipotens per Angelum lucis sapè viam veritatis docet timentes eum, & hi prouidenda prouident, quando necessarium est: At de impijs & malis iudicibus scriptum est, quod impij ambulant in circuitu. Psal. 11. Et de illis qui de sua sapientia presunt, scriptura dicit, Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. 1. Cor. 3.

192 ¶ Aliquando etiam ratificatio fit in tortura, vt in socio criminis, & in personis infamibus, de quibus dixi in pract. de test. par. 4. num. 68. cum seq. & in 5. par. num. 140. sicut etiam quando expedit cum tortura dictum testis inhabilis ratificare. Carer. pract. in d. l. obseruare, num. 16. & in tit. de homicid. fol. mihi 83. num. 7. at ille perseverare dicitur, qui nihil reuocat. Boss. de confess. per tor. num. 7.

193 ¶ Reliquum est, vt videamus de confessione facta metu tormentorum, & reuera confessio dicitur metu extorta, quando Iudex habens potestatem torquendi (& reus hoc ita credit) protestatus est velle se torquere reum nisi veritatem dixerit, & reus ætate, sexu, vel aliter sit pusilli animi & virium, Marf. in pract. §. expedita, in princ. multò magis quando ad locum torturæ adductus & ligatus est, licet non sit in sublimè uectus, Put. in verb. tortus. c. 1. sub nu. 3. ver. confessio rei facta in tormentis, Carer. in l. obseruare, nu. 15. cum seq. & de indic. & tor. nu. 4. cum seq. quia in personis vniuersalibus hoc modo verè metus incuitur. Clar. q. 64. ver. nùc de gradib. Frac. Caso. de indic. & tor. rubr. de non torq. sine indic. nu. 3. & 9. Item confessio dicitur facta metu tormentorum, si cum frigore & fame quis detinetur in carcere cum protestatione, quod eo modo tenebitur, si veritatem non fateatur, Bar. in l. 5. Diuus, de q. Put. in verb. tortura, 3. c. 4. nu. 10. Carer. de indic. et tor. nu. 5. vbi equiparat confessionem factam spontè sine indicis confessioni factæ metu tormentorum,

194 ¶ ergo malum est incuteretimorem, vbi esse non debet timor, Vital. de Gambil. tract. clausul. de metu tormentorum, num. 13. fol. mihi 299.

195 ¶ Si verò dubitaretur, an confessio dicatur spontè facta vel metu tormentorum, potius in dubio iudicandum est esse factam metu tormentorum, & non spontè, Carer. loc. supra cit. n. 2. fol. 67. Verò tamè contra assassinos, sceleratos, impostores, latrones famulos, & farinellos pessimos omnis in dubio sumè da est præsumptio sinistra & mala, D. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 5. Hip. prac. §. diligenter, nu. 99. Calea. conf. 63. nu. 2. Ocase. alios allegans in dec. 88. nu. 27. quia isti carent omni legum auxilio; sunt enim à iure diffidati, dixi in 2. par. huius trac. n. 60. sunt priuati immunitate Ecclesiastica, secus de Clericis & Monachis, nisi post trinam monitione

fuerint incorrigibiles, c. Cler. de for. comp. torquentur sine indicis legitimis, non tamè sine aliquibus, sup. nu. 143. & seq. & Farinac. de ind. et tor. q. 37. nu. 171. & denegatur eis copia indiciorum. nec dantur defensiones, idem Farin. q. 39. nu. 109. Intellige quãdo sunt confessi aut convicti. ¶ Caterù quoad alios Farinac. de indic. & tor. q. 37. nu. 98. 99. & 100. dicit in practica seruari quod confessio facta absque suspensione in tortura non habetur tanquam facta in tormentis, ¶ quia modica tortura non dicitur tortura, Marf. pract. §. quoniam. nu. 3. & in conf. 80. nu. 27. & per alios ibi adduct. Ang. in verb. fama, & ibi Aug. nu. 110. Verùm ipse seruauit, & seruare vidi confessionem huiusmodi opus habere perseverantia, & non potest verè dici spontè facta & ita tenet Bald. in l. 2. ff. quorù appell. non recip. & in l. 2. de confess. quicquid dicat Farin. cuius opinio in practica fortè non est vera, nisi quãdo extra tormenta Iudex incuteret minas de torquendo, & reus fateretur, excepto si cum minis Iudex etiam iurasset velle eum torquere; nam ob vim iuramenti timor diceretur verisimiliter incussus, ex quo verisimiliter reus crediturus erat Iudicem iuramentum seruaturum esse, l. metum, c. quod met. cau. cl. de pupillo, §. si quis de nou. c. per. nunc. per ea quæ dixi in pract. de test. 3. par. n. 41. 42. & 222. Nam reus tunc tempus non habet cogitandi vim illius iuramenti, & an sit vel non sit seruandum sine interitu salutis aternæ. iuxta c. cum contingat. de iureiuran.

198 ¶ Sanè sunt quidam rei tam audaces, vt parum de minis & ligatura curent, & coram Iudice intrepidè negent, et in negativa persistant, quasi risui habentes minas Iudicis, et cum sunt extra locum torturæ, se offerunt ad subeundam torturam, qui si ad locum torturæ ligatis manibus ducantur, et iusto Dei iudicio cofiteantur absque eleuatione crederem (attenta qualitate delicti, et delinquentis, ac præcedentium indiciorum notitia) hoc in casu confessionem vti spontaneam debere iudicari arg. eorù quæ supra dixi, facit tex. in c. dampnum, de reg. iur. in 6. nec illi succurrendum est, qui posuit se in necessitate, l. sicut, C. de act. et oblig. quãuis pietas Christiana aliud requirat. Alij sunt qui aliàs propter alia delicta vel similia torti constanter negatiuà sustinuerunt, qui liberati abusi fuerunt Dei misericordia, et iterum delinquentes capti ob delicta peiora prioribus parum de minis, et territione curant, nihilominus dum ad locum torturæ ducti sunt, confessi sunt, et talis confessio pariter iudicanda esset potius spontanea, quàm metu tormentorum facta, et hoc modo possunt considerari Doctores, quos Farinac. adducit d. q. 37. nu. 101. 03. et 104. et q. 38. nu. 43. Paul. Ghirlad. in hac par. incli

199 nat. videtur de questio. & tor. q. 4. nu. 2. ¶ quoniam pusillanimis (vt tetigi) sola minæ terrorem incutiunt in animo. Marf. l. 1. in princ. ff. de quest. Farinac. d. q. 37. nu. 105. & ecòtra delinquentibus ferocibus quilibet indignantis percussio & territatio, vbi corpori dolor non incuitur, non dicitur tortura, Masc. cõcl. 200 353. nu. 22. ¶ vbi non requiritur ratificatione ait in famosiss. latronib*, et hoc modo teneo cù Paulo Ghirl. vbi supra nu. 3. & 7. nihilominus arbitratus semper fui esse in arbitrio Iudicis, an confessio dicatur spontanea, aut metu tormentorum extorta; nã dicit Boss. in tit. de confess. per tor. nu. 33. quod nõ potest certa doctrina dari, quando confessio metu tormentorum facta dicatur propter varietatem personarum, quarum aliqua sunt infirmo animo, & viribus, alia nõ, vide D. Menoch. de arb. iud. cas. 268. n. 7. & cas. 269.

201 nu. 2. vbi nu. 3. ¶ dicit confessionem esse debere probabilem, possibilem & verisimilem de prima qualitate, dicit Ang. in l. 1. C. de confess. de secunda Marf. in l. 1. num. 33. ff. de quest. de tertia idem Marf. ibidem

dem nu. 35. supra satis per discursum dictum num. 215. est, ad hæc vide Lancellot. tract. de Prator. in 202 ver. confessio criminis. † Est etiam notandū differentiam esse inter confessionem spontaneam, & confessionem voluntariam secundū Baldum, qui omnia distinguit in c. 1. §. iniuria, de pact. iura. firm. spontanea quandoque sine tortura (vt dixi) voluntaria, quandoque etiam cum tortura fit, Aret. in l. qui aliena, §. Celsus, ff. de aeq. her. Ghirland. de quaest. & tor. q. 4. quoniam etsi voluntas sit coacta, tamen voluntas dicitur, l. si mulier, §. m. tu, ff. quod met. cau. l. qui ita in prin. ad Trebell. Vnde solet dici, confiteor sponte, fateor coactus, profiteor sponte, Io. And. in c. 1. de vi. & ho. Cler. & spontanea confessio etiā dicitur, quando quis de se tantum interrogatus est, statim fateatur, & hæc confessio est validior confessione facta in tormentis seruatis seruandis, secus quando quis de alio, & non de se interrogatur. Nam quo ad alios confessio facta in tormentis est validior, at si de se, & de alijs quis interrogatur, tunc spontanea confessio est validior, Mar. de l. 1. de quaest. Foller. pract. cri. in 3. par. in verb. & si confitebuntur, nu. 90. Dec. conf. 175. nu. 8. Gramm. vot. 34. nu. 11. & vide Clar. q. 55. ver. posset etiam, & Alex. & Ias. in l. inter stipulantem, §. 1. de verb. oblig. & Bertazol. conf. 341. 344. 427. & 449. vbi quid iuris quo ad condēnandū.

Redeundo nunc ad reuocationem confessionis criminis, scias, quod si quis primò negauit, deinde fateatur delictum, non ei prodest, circa quod vide Alber. de statuto. in verb. confessio. vbi de statuto remittente partem penę confitenti delictum, si primò reus negauit, postea fateatur, non gaudet beneficio statuti, nisi in continentem se corrigat: est materia l. eum qui, ff. de iureiuran. vbi Ias. nu. 8. & seq. tenet contrarium, nihilominus opinio ipsius & sequacium non videtur vera, cum reo solet deferri iuramentum dum examinandus est, & idè postquam iuratus negauit, non gaudet beneficio statuti quoad diminutionem penę, & ille textus l. eum, qui de iureiuran. factus videtur in penam rei, qui primò sub vinculo iuramenti negauit id, quod postea falsus est, & accusator vel fiscus posset offerre velle per testes probare: verum quoad causā decisionem confessio prodest, vt non augetur obligatio, nō dico, vt diminuat, Angel. de malef. in ver. deducta sibi quarta, & in respons. D. Carol. patris mei 167. & 302. & ad hanc materiam quando quis primò negat, deinde fateatur, est textus in l. si dubitetur, ff. de fideiuss. l. hæreditatem, ff. ad leg. Falcid. Brun. super statuto. in verb. confessio, vbi distinguit quoad diminutionem penę & quoad decisionem, primo casu non prodest, quoad beneficium statuti, secundo casu prodest quoad determinationem: de hac re vide latissimè D. Petr. Caball. in suis casib. criminal. cas. 56. qui nihil in hoc proposito intactum relinquit, vbi sub nu. 88. limitat etiam quando quis in contumaciam esset condēnatus, quoniam hæc ficta confessio vt statuti nō prodest. præsertim quando ad formam statuti fuerit citatus, per l. 1. in fi. de minor. vnde etiam fuerit postea admissus ad nouas defensionēs, & confiteatur nō gaudebit beneficio statuti vt ibi nu. 88. 89. & 90. & inter alias suas quotidianas limitationes, si mihi licentiam daret libenter adderem has duas limitationes ab eo non tactam, & est quod statutum remittens partem penę ob confessionem Delicti, si Delinquens iterum in idem crimen incidat, & fateatur non gaudebit amplius beneficio dicti statuti, Ad trad. per Doc. in l. 3. C. de Episc. & Cler. & dicam in 4. par. sub nu. 100. quod tenementi. & digito liga Vulpell. conf. 69. vbi dicit, quod antequam fiscus sit grauatus ad probandum, quod reus beneficio confessionis potuit, Sed minor semper restitui-

tur aduersus confessionem, Bald. in l. 1. §. cum qui, nu. 4. de postul. Ang. in l. 1. §. fin. autem, eod. tit. Sfort. Odd. de restit. in integ. p. 2. q. 72. art. 1. nu. 12. & 13.

Verū quia verba statuti semper proprie intelligenda sunt, l. non aliter, de leg. 3. vbi Doct. limit. Si quis deliquit, & fugijt, non poterit per procuratorem vt beneficio confessionis, nisi principalis compareat personaliter, & fateatur, quia requiritur vera, et propria confessio, vt per, supradictis. DD. Hinc est quod si Marito aliqua pars dotis debetur propter adulterium, non obtinebit per fictam confessionem, qui vt statutorum nascitur à contumacia, sed oportet vt vere appareat, sicuti refert Baiar. ad Cla. q. 2. nu. 10. Gugliel. Benedic. in c. Rainutus, in ver. mortuo itaque testatore. nu. 175. cum mult. seq. vbi ostendit differentias inter confessionem veram & fictam à nu. 158. vsque ad nu. 169. Et in materia statuti, Quod Contumax habeatur pro confessio vs. Ioseph. Ludo. in suis Conclus. & ipse quoque suis locis dicam, ad vnum est aduertendum, quod confessio non releuat à pena quando, est ipso iure imposta, Bar. in l. qui ob rem. ff. de Cond. indeb. & in l. quod ff. de pen. Ali. prac. §. 7. c. 5. limit. 83.

203. † Ceterum contra propriam confessionem multa adduci possunt præcipuè docto. de errore DD. in l. fin. vbi Salyc. post nu. 2. C. de prob. Bart. & Ias. in l. error, C. de iur. & fact. ignor. Boss. in tit. de confess. nu. 6. & nu. 60. Alex. conf. 42. col. fin. & col. 87. vo. 5. Afflict. super conf. nu. 27. Masc. latissimè cōcl. 368. & distingue inter errorē iuris & facti, vt per Blanc. de indic. & tor. nu. 18. de errore facti conceditur, nō de errore iuris, nisi cum illis in quibus iuris error nō

204. cadit; † quæ reuocatio ex causa criminali fieri potest quandoquæ ante sententiam Angel. de malef. in verb. comparet inquisiti, & Gand. de quaest. & tor. nu. 24. Mars. in l. 1. §. fi. nu. 40. de quaest. Moti celli prac. cri. reg. 20. lim. 4. Gab. co. concl. ut. de confess. concl. 5. cir. fin. quoniam confessio huiusmodi etiā si fuerit acceptata reuocari pot. Ale. de pres. reg. 3. pres. 21. etiam ex intervallo, non obitante iuramento, etiam post conclusum in causa, vt dicit omnes prædicti Doctores, & esse communem opinionem testatur Viui. inter comm. opin. in verb. confessi an, & quan. tit. de probat. cap. 8. vo. 3. & vide Lancellot. tract. de Prator. tit. de confess. crim. nu. 11. vbi in 19. limitat. quamuis Bald. & Salyc. in d. l. error contrarium tenet, nihilominus cōmuniter seruatur quod reuocari possit, etiam si geminata esset, vt tenet Bal. in l. 1. C. de error. calcul. etiam si cum confessione concurrerent probabiles & legitimæ probationes, Bero. conf. 201. nu. 5. vo. 3. & hoc verum in confessione ore proprio, & non vt contumacia emanata, Monticell. pract. crim. reg. 20. limitat. 4. nisi per restitutionem in integrum contumax adiuuaretur,

205. Bellam. decii. 693. Sfort. Od. restitut. integ. par. † & in personis facinorosissimis parum prodesse reuocatio, Foller. in d. 3. par. in verb. & si confitebuntur, Boss. in d. tit. de confess. Lanfranc. de Oria. eod. tit. de confess. vers. quaritur, nu. 55. & Farinac. de indic. & tor. q. 38. nu. 100. 101. 102. & seq. & facit Bertazol. conf. 341. 344. 427. 449. & in contil. 103. vbi addit qualiter error probandus, Si verò confessio spontanea non est adhuc in scriptis redacta, vel confessio per torturam ratificata, tunc non est opus (si reuocetur) docere de errore, Foller. d. vers. & si confitebuntur, nu. 140. in 3. par. Alex. conf. 92. viso, & opportunè vo. 5. Gabriel. de confess. concl. 6. Tind. in tract. de test. cap. 4. num. 3. vbi loquitur in hoc proposito tam de reo, quam de teste.

206. † Verum in hac materia reuocandæ confessionis placet sic dicere in actu practico, quod in causis criminalibus confessio de proprio facta,

cto, tam spontanea quam in tortura potest de iure
 quodcumque reuocari post ratificationem vsque
 ad sententiam inclusiue, l. non fatetur, vbi Dd. ff. de
 confess. Bald. in l. fin. in prin. C. de probat. imò etiam
 post sententiam docto de errore, seu de legitima cau-
 sa, ob quam confessio reuocetur, non obstante quòd
 fuerit iuramento conualidata, & hæc est omnium
 scribentium prædictorum communis sententia in
 d. l. error, C. de iur. & fact. ignor. Anto. de Canar.
 tract. suo de quæst. membr. 5. nu. 2. & 16. Mascard.
 alios allegans de proba. d. concl. 637. vsque ad concl.
 648. & Bertaz. d. conf. 103. lit. C. Clar. q. 55. vers. sed
 pone, & ipse in pra. det. tit. in 3. par. sub n. 111. dixi.
 207 † Sed operæ pretium est scire, quæ sint iustæ &
 legitimæ causæ reuocandi confessionem per seuerata-
 tam, seu ratificatam, geminatam, & iuramento val-
 latam, vt supra dictum est; Quocirca sciendum est, quòd
 nedum expedit allegare errorem, sed debet in specie
 error probari, & non in genere, Bart. in l. error, C. de
 iur. & fact. ignor. & Curt. conf. 26. & est omnium
 sententia, Mascard. id. concl. 637. & hæc causa specifi-
 ca, in qua error consistit, debet esse possibilis, verifi-
 milis et probabilis, vt de exculpatione infra dicetur;
 & hæc conclusio procedit in confessione rei, & pro-
 curatoris: secus in confessione aduocati, quia in ad-
 uocato non requiritur probatio erroris, c. si. de con-
 uocato. Franc. in cum causam, nu. 3. de appellat. † nec
 sufficit in facto proprio stante confessione allegare
 solum rem aliter se habere, secus in facto alieno, Ma-
 sc. concl. 642. quia quis faciliè posset probare rem ali-
 ter se habere, & nunquam esset dare finem, & idèd
 in facto proprio quis non est audiendus post perfe-
 ctam confessionem volens probare rem aliter se ha-
 bere, nisi prius doceat de legitimo errore cur factus
 sit, Boff. in tit. de confess. n. 34. & 64. Clar. d. q. 55. sed
 potest probare tale quid, quòd stare possit cum dicta
 confessione, ut puta si confessus sum hoc propter ti-
 morem torturæ, vel propter obliuionem, vel quia
 nesciebam quid dicerem, vel ita mentem impediuit
 & hæc excusationes sint verisimiles, Soc. reg. 64. 65.
 & 66. vide Donat. in li. reg. de indic. in ver. confessio.
 209 & Marf. sing. 257. & sing. 339. † benè aduertendo
 ad subornationem testium in hac specie reuocande
 confessionis valde vsitata. Hinc est quòd testis nõ
 potest ex intervallo reuocare suum dictum, allegan-
 do errorem, l. eos, vbi D. ff. de fals. Put. de syndic. in
 ver. tortus, c. 1. dicit hoc esse verum quando testis si-
 ne tortura, sed libenter deposuit, secus si cum tortu-
 ra, quia etiam ex intervallo potest se corrigere, l. fin.
 ubi Bald. de test.
 210 † Error præcipuè allegatur consistere in vna ex
 infrascriptis causis, quæ sunt videlicet metus, igno-
 rantia, obliuio, ira, fatuitas, vel mens nõ sana, & per-
 suasio; & ad hoc ut metus releuet, requiritur, quòd sit
 iustus probabilis, & necessarius, de per D. Menoch.
 cas. 136. Dec. in l. in omnibus causis pro facto accipi-
 tur, de reg. iur. qui metus in constantem virum non
 cadit, l. 1. §. meros, ff. quod met. cau. quia metus est
 instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio,
 Azo. in sum. d. Rub. quod met. cau. nec metus per ra-
 tificationem tollitur iusta causa subsistente metus,
 Bru. à Sol. d. q. cri. 51. n. 183. & metu tormentorum
 confessione facta debet ita in specie & in individuo
 allegari metus, & non in genere, Aret. in c. cum dile-
 cti, extra de accus. Boff. d. tit. de confess. n. 73. cù plur.
 seq. Masc. de prob. concl. 353. & concl. 1055. Bru. d.
 q. 51. nu. 180. 181. 182. 183. & 184. & cum metu de-
 bet concurrere aliqua alia causa probabilis, nempe
 vt si confessus sit, tamen esse possit in contrarium ve-
 ritas, & quod verisimile sit per metum confessum
 fuisse, alioquin si cum simplici metu nil aliud con-
 currat, nisi allegare quòd per metum factus sit, posset

torqueri tanquam varius, secundum Boff. in titul.
 211 de tor. n. 49. † quini mò fortè postquam ratificauit
 si dixerit se confessum fuisse per metum torturæ, &
 nil aliud deduxerit, parum prodesset, Brun. de indic.
 & tort. par. 1. 4. q. n. 4. maximè quando confessio in-
 dicijs coadiuuatur, vide Boff. in d. tit. de confess. sub
 n. 80. Marf. in §. quoniam, sub n. 3. ver. si autem appa-
 212 rent, vide infra n. 256. † At si cù metu deducta sit
 aliqua alia causa verisimilis, & probabilis, tunc non
 debet torqueri, sed practica est quòd iste reuocans de-
 bet poni in ampla custodia, id est, in carceribus com-
 munibus, & dantur defensiones, ut doceat de errore
 suæ confessionis, & probet per testes, & non per tor-
 turam, Boff. tit. de confess. n. 78. & probet causam (vl-
 tra metum,) ob quã reuocatio teneat, vel rem aliter
 se habere in parte, vel in totum: in totum, scilicet pro-
 bando contrarium, ut dixi in pract. de test. in 3. p. n.
 111. lit. N. in parte, quãdo qualificatè deliquit, vel ad
 necessariam defensionem, ut per Gomef. de delict.
 c. 3. n. 26. vel quòd ignoranter, aut non principaliter
 deliquit, sic per plus aut per minus, secundum excu-
 sationes, quæ ponit Clar. q. 60. at si nihil probauerit
 quod releuet; firma manebit eius confessio, vt per
 Bald. in l. fin. de quæst. & Brun. de ind. & tor. par. 1.
 q. 4. n. 4. Put. in ver. tortus, c. 8. col. 2. sed si aliquo pacto
 confessionem dubiam reddiderit, tunc poterit
 torqueri secundum Bal. in l. in bonæ fidei, nu. 5. C. de
 iure iur. & debet seruari pract. trad. à Marf. in §. quon-
 213 niã, n. 3. & 4. quia cogitur perseverare, aut debet tor-
 queri, Farin. de ind. & tor. q. 38. n. 100. cum seq. Boff.
 de confess. per tor. n. 22. † vbi confessio quando nõ
 remanet nitida, sed dubia, locus est torturæ, vel posset
 puniri aliqua pœna extraordinaria per ea, quæ elegit
 ter more suo trad. Gomef. var. resol. tit. de delict. c. 3.
 sub n. 26. in 3. col. post d. n. 3. Ang. in ver. comparent
 dicti inquisiti, Hip. in §. quoniam, n. 24. idem in l. re-
 pere, de q. vide quæ in hoc proposito dicã n. 23. 1. & i-
 deò sicuti tenet reuocatio confessionis spontè factæ,
 vt per Boff. Masc. Marf. & alios, quos supra adduxi,
 ita & reuocatio confessionis extortæ per tormenta
 etiam ratificata. Nam ut dixi supra n. 113. confessio
 per torturam ratificata, & confessio spontanea acquiri-
 parantur, & idèd circa reuocationem idem seruan-
 dum est in una, quòd in alia, & ad maiorem declara-
 tionè vide, quæ infra dicã in materia exculpationis.
 214 † Secunda causa reuocandæ confessionis est igno-
 rantia, qualis est illa, qua rustici & imperiti homi-
 nes prorsus rudes laborant, qui os aperientes nesciunt
 quid dicant, siue pro, siue contra se, & quod petus
 est, volunt teneri sapientes, & nedum abundant in
 suo sensu, sed carent intellectu, & de hac ignorantia
 causa loquuntur Bald. Bart. & alij Doctores in d. l.
 error, C. de iur. & fact. ignor. & debet esse probabilis
 et verisimilis, qualis est in rusticis, minoribus, et mu-
 lieribus, in quibus ignorantia regulariter cadit. Idèd
 in vrbicis quandoque contigit, qui se mper domi cõ-
 morati sunt, & cum ignaris diu conuersati, & in agi-
 bilibus mundi sunt ad instar asini.
 215 † Præterea ignorantia regulariter cadit in facto a-
 lieno, tex. in l. qui in alterius locum, de reg. iur. Irè in
 factis antiquis; tex. & Dd. in l. uerius, de appel. Bal. in
 l. 1. col. 4. de confess. Soc. reg. 219. 220. & 221. Meno-
 de arb. cas. 186. latissimè Masc. d. prob. concl. 879. et
 880. Verum ignorantia non debet esse crassa, nec sup-
 pina, l. nec supina, ff. de iur. & fact. ignor. Andr. Gail.
 obserua. 48. n. 15. nec debet esse affectata, c. eos cler-
 cos, de tẽp. ord. in 6. Ias. in l. si seruus plurius, §. si quis
 ante, n. 7. de l. 1. & facit Blac. in sua pract. c. ignoran-
 tia, Gab. eo. concl. tit. de iur. & fact. & ignor. concl.
 6. & quando ex capite ignorantia restitutio in inte-
 grum concedatur, vide Sforz. Oddum de restit. in in-
 tegr. q. 8. art. 9. & 10.

216. † Tertia causa est obliuio, de qua idem dicendum est, quod de ignorantia, vt per Soc. reg. 219. & Mascard. concl. 650. num. 5. & seq. idem concl. 1122. nu. 31. Boff. in tit. de respons. à reo fact. nu. 4. & 5. vbi remissiuè ponit eos, in quibus cadit obliuio, Ioseph Ludou. concl. 38. ver. primus casus, & Menoch. cōf. 247. nu. 41. vo. 3. quibus in locis quando obliuio præsumitur tam in reo, quam in teste, & dixi in præct. de test. in 3. p. n. 143. & Bar. in l. Presbyteri, C. de Episc. & Cler. dicit, quod obliuio in teste est lata culpa, & est verum, quoniam fictio magis locū habet in memoria, quam alibi, cum ab intra exceptio obliuionis nascatur, ceteræ autem obiectiones ab extra: Nam vt dictum est metus non cadit in virum constantē, & si iste metus allegaret, non esset ei credendum. Idē de ignorantia, quæ in virum sagacem & versutum non cadit, & si satis eam allegaret non esset ei credendum, quia aut scit, aut scire præsumitur, l. quod te, vbi DD. ff. si cert. per. l. qui fundum, §. seruus, ff. pro empto. cum simil. Idem de surditate, quam quis facillimè fingere potest; quia nemo potest argui, quod sit benè memor, si dicit se non recordari, nec quod audiatur, si non audit, aut non audire fingit. † Secus est de ficta fatuitate, (vt vidi, dum Genuæ essem, in quodam, qui super triremibus fatuitatem fugebat, quicquid casus sustibus pluries à Aguzili cito compos mentis factus est,) & ipse in facto plures noui, qui per torturam, cum antea surdi essent, audierunt, & cum u. uti essent, loqui cœperunt, & immemores recordari, & ita fatuis verberibus medendum est.
217. † De ira autem, illud vulgare apud auctorem, qui Catonis nomine circūfertur, extat, impedit ira animum, ne possit cernere verum, de qua est tex. in reg. quicquid in calore iracundia vel fit, aut dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuerit iudicium animi fuisse. Quod autem confessio per iram facta reuocari possit, trad. DD. in c. ex literis, extra de diuor. Ro. sing. 108. incip. volo commutari, Follet. præct. d. ver. & si confitebuntur nu. 17. & 136. At diligenter est perquirendū, an ita sit verisimilis, imò an tempore emanatæ confessionis confitens ira accensus erat, & idē si cum confessione concurrant aliæ probationes, tunc allegare iram duntaxat, & eam probare non adiuuat, nisi in totum vel in partem rem aliter se habere doceatur, vt supra dixi in allegando errore metus, quinimodō confessio per iram facta & perseverata tenet, cap. si quis iratus 2. q. 3. ex adduct. à Mascard. concl. 346. nu. 20. & 21. vbi dicit iratum à furioso non distare durante furore, vel ira, Put. in ver. tortus, c. 7. nu. 9. Vnde Horatius in Epist. Ita furor breuis est, animum rege, & c.
219. † Restat solum de persuasionis causa dicere, ob quam quis confessum se esse dicit, quo casu perfecta confessio (si de delicto constat, & ad sint indicia contra hunc reuocantem confessionem) quis ei dicenti fidem adhibebit? cum nec sit verisimile, quod ob persuasionem solam quis confiteri voluerit delictum, quod non fecit, cap. quia verisimile, de præsumpt. nisi iste esset verè fatuus, aut semifatuus, vel nisi confessio extorta esset impunitate promissa, aut blanditijs, vel suggestionibus, Put. in ver. tortus, c. 7. num. 1. & 12. vers. si autem reuocatur confessio, & simul cum hac exceptione cōcurrat fatuitas, vel carceris impatientia, aut tedium vitæ sunt omnia probanda, & tunc posset admitti reuocatio, qua reuocatione stante in parte, aut in totum contrarium probari deberet eius quod falsus est, Mascard. de probat. concl. 468. nu. 9. Put. d. c. 7. nu. 12. vers. nam si, & notandum quod aliud est mandare, aliud consulere, aliud persuadere, vt dixi supra, & per Gomel. de delict. cap. 3. num. 43. dixi num. 176.
220. † Effectus autem reuocationis insurgit ab vna ex

supradictis causis, quarum vna probata secundum Aret. in c. cum dilecti, extra de accus. dicitur non circumscripta confessio, sed in suspensio stare, & idē cōtra eam (circa merita) reus tenetur probare in totum, aut in parte contrarium, (vt prædixi): & si nihil quod releuet, probabit, confessio firma manebit, vt supra nu. 212. circ. fin. est tamen dare casum, in quo non expedit probare de errore, vt quādo quis extrajudicialiter esset confessus ex tempore constituti negaret, vel allegaret errorem tantum, vt pro cautela traditum est supra sua nume. 101. in hac 3. par. Sed causa erroris, quæ allegatur, debet esse iusta vt infra num. 227.

- Sed in omnem casum, qui verè sunt conuicti, & ex aliqua rationabili causa, vel in tortura, aut spontè sunt etiam confessi, secuta ratificatione confessionis in casibus, in quibus ratificatio requiritur, tunc nullo modo sunt audiendi, tex. in l. 2. & ibi DD. C. quor. 223. appel. nō recip. † vt etiam Mantuæ extat statutum sub rubr. de torm. vbi ratificatione secuta nō est amplius locus reuocationi, sed duntaxat conceduntur defensiones, non tamen admittuntur illæ, quæ sunt directō contraria proprij oris confessioni perfecta, & cōuictioni, Put. in ver. tortus, c. 7. per tot. & Boff. d. tit. de cōfess. nu. 80. & 81. & in alio tit. de cōf. ff. per tot. & in tit. de conuict. & quando est locus reuocationi, † quilibet pro suo interesse admitti debet, vt pater, vel filius, cōsanguinei, & amici cōstituti, Ang. in l. si is cū quo, ff. de confess. Bald. in l. 1. §. si absens, ff. de noxal. Put. d. ver. tortus, c. 7. nu. 12. in fi. & n. 13.
- Et quoniam hæc materia reuocandæ confessionis est quotidiana, difficilis, & præjudicialis, non est dedignandū, si adhuc insistam circa eius practicam, quamuis in idem forē incidere videam cū his, quæ 223. sapius à me dicta sunt. † Quando igitur quis vult reuocare confessionem suam, vel prætextu erroris, vel aliter per aliquem ex supradictis causis, practica est, vt Aduocati, seu Procuratores reorum scripturā componant, in qua dicant, quod etsi N. confessus est tale delictum, & postea ratificauit, nihilominus errauit, & errasse se dicit, & protestatur, verum quia defensionem, seu excusationem suam citius parare nequirit, nūc est paratus, & se offert probare per testes errorem suæ confessionis, & præcipuè dicit confessum fuisse metu tormētorum, vel quia ignorabat quid diceret, vel sensu carebat, vel quia non recordabatur, vel quia ira impeditus fuit, & ijs similibus causis, vel vna earum deductis in specie, & non in genere (vt dixi) debet assignari terminus probatorius: alioquin si quis tantum modò dixerit reuocare confessionem suam ex interuallo, & nō allegauerit errorem in specie, sed tantum in genere, succumbet, & non audietur: & in hoc incauti Aduocati decipiuntur, cum primum (reuocatione simpliciter facta) statim formant capitula probatoria directō contraria confessioni sine vlla erroris præfatione, & vt dicitur iungunt plaustrum ante boues; Alij formant scripturam, in qua tantum modò dicunt reum reuocare confessionem, & velle per torturam sustinere cōtrariū, & isti pariter decipiuntur per ea, quæ supra dixi num. 220. & optimè tenet Boff. in d. tit. de confess. sub nu. 224. 65. & 79. ver. sed difficultas, vbi nu. 80. dicit, quæstionem iuris non debere esse in arbitrio rei; per testes igitur, & non per torturam est defensio faciēda, Add. ad Bertazol. conf. 103. Mascard. de probat. conclus. 637. & in casu præcedenti capitula non sunt admittenda, quoniam negatiua est ipso iure improbabilis, DD. in Clem. 2. de test. Hercul. tract. de negatiua, in princ. dixi in præct. de test. 3. par. nu. 111. Mascard. de probat. cōcl. 70. Vnde si quis cōfessus est delictū, de quo cōstat, non potest capitulare, non fuisse commissum tale delictum, de quo queritur, nec potest

test sine præfatione statim articulare illud non fuisse, vel si quis dedit mandatum ad delinquendum, & confessus sit se vere dedisse mandatum, & illud non reuocasse, non potest immediate capitulare non fuisse secutum delictum, vel reuocasse mandatum (quando de delicto, & de mandato constat.) † Sed practica est, quod prius dicat, licet confessus fuerim me fecisse tale delictum, vel dedisse tale mandatum, tamen confessio fuit erronea ob talem, & talem causam, & volo probare me non fecisse, vel mandatum reuocasse, & tunc sunt admittenda capitula probanda per testes, si causa deducta est verisimilis per supradicta.

225 † Et quia mitius agitur in confessione spontanea, quam in confessione per torturam, aut metu torture extorta, & ratificata, ut inquit Add. ad Bertazol. d. cō fil. 103. lit. c. ver. in re nostra, nihilominus si deducatur in reuocatione metus verisimilis, ob quem confessus dicitur, & propter eundem metum ratificauit, sciens quod si non ratificabat ipsum torquendum fore, tunc sunt admittenda capitula contra propriam confessionem, iux. Theor. Aret. in cap. cum dilecti, extra de accusat. quam æquissimam dicit Boss. alleg. tit. de confess. num. 78. & faciunt dicta à Brun. à Sol. in d. quæst. § 1. nume. 182. & 183. vbi in proprijs terminis loquitur, & ante num. 160. cum mult. sequent. intellige concurrentibus alijs præsumptionibus, seu coniecturis, alioquin sola allegatio metus non releuat, nec sola allegatio rem aliter se habere prodest, iuxta terminos supra narratos, loquendo de confessione non spontanea, sed per torturam extorta, & ratificata, demum ex causis prænaratis etiam reuocata, sed quoad spontaneam confessionem iam dictum est, si in continenti reuocetur propter talem variationem reus potius torquetur, Foller. d. pract. ver. etsi confitebuntur, num. 114. allegat Mars. in §. quoniam, nume. 18. Anton. de Canar. in suis quæst. crim. memb. §. num. 16. & Tiraq. de retract. conuentio. §. primo, glo. §. numer. 14. dicit incontinenti reuocari posse etiam non docto de errore, intellige antequam redacta sit in scriptis, vel à parte acceptata, ut supra numero 202. & de dictione incontinenti, per Menoch. de arbitr. cas. 30. numero secundo, cas. 12. numero secundo, consil. 18. & 19. numero secundo, & ante cas. 16. vbi de hac dictione incontinenti, ad diuersos casus, & effectus, quando verificetur, Tiraq. vbi supra num. 16. cum mult. sequent. Sed si ex interuallo tempore defensionis reuocatur, audiendus est Ias. in l. magistratibus, ff. de iurisdic. omn. iud. pulchre Put. in ver. tortus, ca. 8. col. 2. ver. & si confessionem reuocat, vbi

227 † dicit confessionem reuocatam per se uerare, quando contrarium non probatur, l. error, ff. de iur. & fac. igno. At miror valde de dicto Mars. in d. §. quoniam sub nume. 18. quia iura per eum adducta, per quæ videtur velle eum, qui sponte confessus est, posse condemnari, ex quo talis confessio non eget ratificatione, bene stat: sed quando confessus statim reuocat, mouet & non resoluit, qua de re firma manet distinctio nostra, & eius opinio procederet, quando staret in puris terminis pœnitentiæ, secus si sufficientem causam probaret contra propriam confessionem, Put. in ver. tortus, c. 8. col. 2. per text. l. 1. §. si quis vltro, & ibi Barto. & ceteri de quæst. & de alia quæstione, quam subiicit Mars. d. num. 18. non est dubium, quod probata confessione rei extrajudicialiter facta per testes, si coram Iudice reus illam negabit poterit torqueri, dixi supra de qualitate huiusmodi indicij num. 101. & Gab. de confess. concl. 2. & 3. Boss. eo. tit. num. 45. Masc. conclu. 346. cum sequ. Farin. tit. de carc. & car. q. 33. nume. 14. 15. 16. & sequent. & contra pessimos assassinos, Mars. in d. §. quoniam, nu. 26. secus si iusta

228 de causa fuerit reuocata per supradicta. † dat cautelam si sufficienter torti in negatiua persistunt, ut se-

pe, ac sæpius de eodem delicto examinentur, & ob eorum variationes repetenda erit tortura: quamuis isti versuti, & scelerati contraria cautela vtuntur. Nā quando sunt interrogati pluries solent respondere: Quel che hò detto è scritto, legetemi il mio primo esame, quo lecto, & audito dicunt: A questo mi rimetto.

229 † Verum vt plurimum rei instructi sunt ab aduocatis, vt potius sustineant torturam, & laqueum pluries in manibus, quam semel in collo, & hoc timore admonent reos, vt quando sunt eleuati, fateatur delictum, & addant aliquam qualitatem annexam diuersam à prima, sed non veram. nam Iudex qui tenetur veritatem diligenter expurgare (si repererit dictam qualitatem minime esse veram) tenebitur iterum curare sustolli facere reum in tortura, vt sincere veritatem fateatur, qui secunda vice tortus statim fateatur, aliudque mendacium in confessione implicat, & facta diligenti veritatis perquisitione, & non verificata hac qualitate, sed reperto mendacio, iterum reus in tortura eleuatur tertia vice, vt dicat veritatem & sic statim sublatus fateatur, demum demissus dum dissoluitur, statim dicit se omnia dixisse metu torture, quo casu cum sit ter tortus de iure non potest amplius torqueri, vt tradunt Criminalistæ in l. 1. §. si quis vltro, & in l. fin. ff. de quæst. quia infinitas est euitanda, l. inter focerum, §. fin. ff. de pact. Foller. in sua pract. ver. & si confitebuntur, numero 109. Put. de syndic. in verb.

230 tortura, & Boer. decisio. 163. num. 20. † eodem modo vtuntur rei, qui statim eleuati fatentur, & ducti debito tempore ad ratificandum negant, & allegant metum, aut dolorem torture, quoniam non deberent torqueri, nisi tribus interpolatis vicibus, Boss. tit. de tortura, num. 43. & 44. Farinac. de indic. & tor. q. 38. num. 94. 96. & 97. Mars. in l. repeti, ff. de quæst. & habes prædicta à Put. in ver. tortus, ca. 6. per tot. vbi sub fideiussore relaxari arbitratus est huiusmodi reos, propter superuenientiam nouissimorum indiciorum, & ad hæc faciunt quæ in seq. 4. par. num. 199. dicam, an causa debet remanere indecisa, vel definitiue terminari, & infra num. 269. & Mars. in d. §. quoniam, num. 4. & 5. sequitur Put. & post eum Gomez. tit. de delict. cap. 13. num. 25. in fin. & num. 27. vide alium modum consistendi, & negandi, num. 264.

Ad dubium excitatum supra nume. 213. vbi reuocata confessione, & dato termino ad incumbentiam, quæ faciunt contra confessionem, si non fuerit plene contra eam probatum, dixi duas esse opiniones, vel iterum torquere, vel aliqua pœna extraordinaria reum

231 condemnare, † & reuera non est dubium, quod confessio, contra quam taliter qualiter probatum est, dicitur elisa aliquantisper, vel saltem non remanet clara, & nitida, vt requiritur in criminalibus. iux. l. fi. C. de prob. Nam deducto errore contra confessionem remanet confessio obumbrata, Men. de præf. l. 5. præf. 3. nu. 52. Bar. in l. admonendi col. pen. ff. de iu. iu. & in isto casu si Iudex ordinarius non habet liberum arbitrium, tenetur expedire causam per torturam, si vero habet liberum arbitrium, tunc potest sequi opinionem Gom. de deli. in c. 3. n. 26. in 3. col. vel torquere, si vult quia pedit ab eius arbitrio, facit Mars. sing. 288. Sigif. Sca. tract. iud. ciuil. crim. & hæret. tit. de proces. contra reum contumacem, c. 27. sub nu. 161. Gramm. conf. cri. 15. verum consuetudo magis obtinuit, vt per torturam res dirimatur, Aret. in d. c. cum delicti, extr. de accus. Ant. de Canar. in tract. suo de q. nu. 44. 2. memb.

232 † Sed pone in practica, quod Iudex potius velit dirimere causam per torturam, quid erit, si iste in hac tortura fateatur, & etiam ratificet? num deinde poterit more solito allegare errorem, & nunquid audiendus? est pulchra dubitatio, sed iudicio meo facilis digestionis, & breuis resolutionis, & te-

- neo non esse amplius audiendum, ne in infinitum procedatur, l. fi. C. de Sacrosanct. Eccles. nisi iste tale quid adduxerit, puta absentiam aliquorum, vel aliud legitimum impedimentum, per quod non potuit ei incumbentia plenè, & concludenter facere in termino ultimo sibi assignato, quia hoc in casu debet
- 233 adhuc audiri; † melius est enim peccare in tempore, quàm in sententia, & debet assignari terminus brevis ad probandum impedimentum iustum; ad hæc faciunt, quæ dixi in pract. de test. in 3. par. numero 268. lit. E. sed si plene non probabit, condemnabitur absque ulteriori tortura, vel alia consideratione concurrentibus indicijs pro dicta confessione per supradicta.
- 234 † Alio modo confessio reuocari solet; nam reus in tortura vix suspensus in aere statim fatetur, & demissus statim negat: iterum sursum sublatus fatetur, & liberatus subito negat: tertio eleuatus fatetur, & solutus negat: & hæc reiterationes torturæ, confessiones, & reuocationes secutæ sunt eadem die, & hora, quid agendum; respondeo, quòd si in tribus istis vicibus omnibus computatis steterit reus, in tortura per modicum spacium, non dicitur sufficienter tortus; & ideo debet repeti tortura, vel tertia illa vice in sublimestate, et torqueri per congruum spacium temporis iuxta qualitatem delicti, delinquentis, & indiciorum, ita, vt possit dici sufficienter tortus, & tandem si non erit viarum grassator, & persistat in negatiua, poterit dato fideiussore relaxari, secundum ea, quæ sup. dixi num. 230. & Marf. §. quoniam, numero 5. Baiar. ad Clar. quæstio. 68. ver. illata, numero 127.
- 235 † Ad aliud est aduertendum, quod delictum propter qualitatem adiacentem magis grauatur, vt de homicidio proditoriè commisso, vel, vt dicitur ex composito, & vulgo dicitur, à sanguine freddo; nam magis hoc modo delinquens punitur, quàm si secutum fuisset in pura rixa: vnde si reus inquisitus fateatur delictum, sed qualitatem neget, tunc deberet torqueri pro habenda veritate circa dictam qualitatem, de qua sunt præsumptiones, & coniecturæ, sed temperatè, vel acriter secundum qualitatem delinquentis: at si constiterit de delicto, & de eius mala qualitate, tunc tortura est adhibenda sicut super facto principali reus torqueri deberet modo, quo supra dictum est, vide in propof. Marf. pract. §. quoniam, num. 52.
- 236 † Quid de confessione Clerici facta coram Iudice laico? & non valet, si reuocata sit coram suo Iudice Ecclesiastico, Mascard. conclusio. 33. num. 27. & conclusio. 352. distingue an sit actor, vel reus reconuentus, vt ibi tex. in l. 2. C. si non à competen. iudic. Maria. in rubr. de foro compet. & Gramm. decis. 29. intelligi valere quo ad eum, non autem quo ad præiudicium aliorum, Vant. de nullit. Quoties, & intra quod tempus, & c. nu. 51. cum plur. seq. Et pro complemento benè aduertat Iudex, ne iudicium suum super sola confessione firmet, vt admonet Put. in d. ver. tortura, l. cap. 4. num. 2. & in verb. tortus, cap. 8.
- 237 & supra passim in pluribus locis dixi † more quorundam Iudicum, qui animum solum habent ad perseverantiam confessionis, seu vt reus velit nolit perseveret in confessione, quando modò ait, modò negat, secus si cum confessione sunt indicia valida, vel Iudex noster scit confessionem esse veram, modis requisitis, & prout iura requirunt. At mens huiusmodi non est laudabilis, sed animus Iudicis debet inclinari circa veritatem inueniendam, & non aliter, & debet Iudex esse tanquam mediator inter fateri, & negare, iux. l. qui tacet de reg. iur. Boss. tit. de defensio. reo. num. 9. & amplecti quod est verius, at quod peius est, student, & inuigilant circa condemnationem ægriferentes absolutionem, & qualiter possunt sub aliquo quæsito colore videri Iudices rectè extrinsecus induci pelle ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Signorol. conf. 228. sub nu. 10. facit tex. in l. vbi, C. de fals. At in paritate si magis declinaret ad dexteram, quàm ad sinistram, diceretur Iudex partialis, quia finis eius debet esse veritas, ar. l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præsumpt. Bart. in quæst. sua, incip. Iudex maleficiorum, sic stateram iustam teneat, cap. cum æterni, de sent. & re iud. in 6. & Iudex debet habere puras manus ab avaritia, præcinctos lumbos à luxuria, quoniam cupiditas, ignorantia, & lasciuia male sunt, Bald. conf. 201. vo. 2. nec nimiam familiaritatem cum subditis habere iuuat præcipuè loquacibus, & nimium simbrias fori tangentibus, & nimium Iudici obsequia præstantibus, quia nimia familiaritas parit contemptum, & suspensionem, & not. in l. obseruandum, ff. de offic. præsumpt. & iustè, vt suspectus poterit recusari, vt in 5. par. dicam. Ergo suspensiones remoueat, præsumptiones abscindat, præuis sermonibus locum non præstet, calumnijs obuiam eat, prouinciam malis hominibus purget, pareat impensis, discordias componat, contra scelestos rigidum, contra incautos æquum se præbeat; audiatur libenter aduocatos, non tamen verbosos, sed veridicos; non fictos, nec vlla interlocutione, quid sentiat intempestiuè diuulget, pauca respondeat, (ne ex improviso capiatur in fer-
- 238 mone. † Nam solent aduocati venire in marsupio benè instructi, vel iuribus in manica referti, acciduntque interdum, vt Iudex diuersis negocijs implicatus, quandoque explicitè ad rem, & quandoque inopinatè respondeat, ergo in proferendis votis prius maturè deliberet, ne cum sit fortè auditor, aut Consiliarius alicuius Principis prioribus verbis obligetur, ne cum rubore in nouissimo tempore contrarium retractare valeat, & à Domino irrideatur; sed prius considerata consideret, postea votum suum sana mente proferat, alioquin si nimis animosè, & festinanter votum dixerit, temeritate non carebit, Io. And. in cap. 1. de sent. excomm. lib. 6. Audiatur benignè reos, & eos, qui pro reus loquuntur;
- 239 † quia benigna audientia mitigare solet pœnæ dolorem, liuorem, rancorem, ac aufert suspensionem; at superbis statim resistat, ne Iudicis abutantur modestia, & illum, (vt de more habent) parum pendant, diligenter se informet, inuigiletque semper, ne ab alijs officialibus, præsertim à quibusdam audis actuarijs (pace bonorum) decipiatur, simulque iustitia eludatur. Nam quidam marsupio pleno secretæ processus propalare solent, & demum copia processus soluta reliqua perficienda negligunt (vt experientia docet,) qui actuarij sapenumero suam culpam retorquent in Iudicem. Insuper carceratos visitet, semel saltem in sabatho, pupillis, orphanis, & viduis sciat in dubio fauendum esse, idem locis pijs: sit mitis, blandus, & placidus omnibus, §. præcipuè in auth. de manda. Princ. Sit Iudex fortis, & patiens, qui non irascatur per singulos dies, steter firmus, constans, & iustus, atque æquus,
- 240 † & præcipuè caueat ne in procedendo, aut iudicando vendicat odium, vel fauor vsurpet, timor exulet, aut præmium auertat, nec lachrymis credat, non omnibus, nec omnia, Fab. à Monteleo. art. ult. num. 16. in d. eius pract. sit fidelis, & sapiens, non ignarus, peruigil & expers, nequaquam scrupulosus, nec nimium subtilis, l. posthumus, ff. de iust. et iur. sed super omnia timor domini sit cum eo, vt in Psalm. 18. habetur, in ieiunio, & oratione aduersarios vincet, & ad prædicta documenta vide etiam Tiraq. de retract. lignagier. §. 15. glof. 1. per tot. vbi pulchrè loquitur, vt in num. 319.

- 241 † Nunquid autem Iudex noster virtute arbitrij liber, & absoluti possit statuere ius iniquum? & secundum Baldum in l. milites, num. 6. C. de testam. mil. quem etiam refert Ias. §. bonafidei, num. 39. Infit. de act. tenent, quod non, & ipse teneo quod loquantur de illo iure iniquo, quod statuitur à dominis, vt est imponere onera, & angarias, quas ex causa possunt imponere. Sed in materia iudicendi in terminis Brachij Regij Iudex noster potest ius iniquum statuere contra rigorem, vbi rigor, & contra aequitatem, vbi aequitas requiritur, Tiraq. de retract. lignag. r. d. §. 15. glof. 1. num. 9. cum seq. & cessante dolo poterit ex causa iniquum aequo anteferre, Henric. Boer. sing. in ver. compromissum, numero 10.
- 242 † sed de iure iniquissimo possit poni exemplum in eo, qui in alium vult quod pro se nollet, l. 1. ff. quod quisq; iur. Item de eo, qui vellet sibi oculum vnum erui, vt alteri ambo eruantur, quod ab omnibus est
- 243 ipso iure improbatum. † Nunc ad rem: ius iniquum octo modis dicitur, quatuor per plus, & quatuor per minus, videlicet re, loco, tempore, causa, Bald. in l. 2. §. sed si quis, C. commun. de leg. nam licet Iudex habeat latum, & liberum arbitrium, illud non habet plenum, hoc est, de potestate illa absoluta, quae soli Regi, aut Principi conuenit; dicendo, sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas, vt est apud Iuuen. Sat. 6. Bald. conf. 383. incip. quando super facto, num. 2. & 3. volum. 3. vbi explicat quid sit plenum arbitrium, & quando iniquum praefatur aequo. ponit glof. in verb. arbitrium, in l. h. deicommissio, §. quamquam, de legat. 3. & Bart. in l. si quis maior, num. 326. ff. de iureiuran. Sed exempla quaedam
- 244 possunt adduci. † Nam quandoque euenit, quod quis offert stare in carcere, aut in tortura in confrontatione alterius, & licet ius hoc vetet, l. 1. §. tormentum, ff. de quaestio. † Iudex tamen quandoque ex causa concedit, vt dixi supra num. 142. Aliud exemplum quando rumor est in populo, ad sedandum rumorem, & ad euitanda scandala, Iudex noster potest statim damnatum iuste, & nondum puniendum punire, vel puniendum relaxare, l. qui sedem, in fin. ad leg. Cornel. de sicar. Put. in ver. poena, cap. 1. & 2. Sempertamen concedendum est ei tempus ad sacramentum saltem poenitentiae recipiendum, vt habet Clement. 1. de poenit. & remissio. & docet Nauar. in Manua. cap. 25. num. 23. & in Ench. de oratio. cap. 22. num. 11. Item stante mala qualitate delinquentis, & atrocitate delicti, & eius pertinacia in tortura, Iudex potest addere pondera pedibus, vel ignem, vt careum accensum sub planta pedum, vt dixi supra num. 59. † & tamen est iniquum addere afflictionem in afflicto, l. Nati. ff. ad leg. Rhod. de iactu. Item potest cogere inuitum ad accusandum, quod est contra ius, Cod. vt nemo inuitus, in rubr. & nigr. Item potest condemnare aliquem per solum cogitatum, quod ad aliquos actus quamuis remotos sit deductum, licet poena locum non habet de iure, nisi ad aliquem proximum perueniatur, l. 1. ff. quod quisque iur. Clar. §. fin. quaestio. 91. & quaestio. 38. ver. vidi aliquando, & ibi Add. Baiard. licet secus sit de iure Canonico, cap. cogitationis, de poen. dist. 1. & sit etiam contra ius civile, l. ea. ff. de poenis, cogitationis poenam nemo patitur. Item licet iniquum sit actori concedere quod non permittitur reo, vulg. reg. non debet, de reg. iur. tamen si reus est peioris conditionis, non seruatur aequalitas, Dec. in l. fauorabiliore, eo. de reg. iur. † Similiter Iudex noster potest errantem, & ignorantem punire, l. 1. ff. de iur. & fact. ignor. & tamen errans excusationem meretur, quia dicitur dolo carere, l. non potest, eo. de reg. iur. & quo hoc procedat vide Clar. quaestio. 60. ver. quare nunquid, & Blanc. in eius pract. crimin. cap.
- ignorantia, Menoch. de arbit. cas. 106. Mascard. de probatio. conclusio. 879. cum seq. † Item licet non possit quis interrogari de sua turpitudine, nec teneatur respondere, l. alius, de iureiuran. tamen inuitus cogitur quando sunt aliqua indicia praecedentia, vt dixi supra num. 62. Item delinquenti potest iniqua conditio inferri propter eius iniquam, & prauam qualitatem, cum acrius tractando contra. non debet, de reg. iur. Item etsi illicitum sit compellere aliquem ad iudicium ire diebus feriatis in honorem Dei, l. 2. in fin. ff. de fer. nihilominus tenetur comparere Iudice mandante, & in his diebus capi, & etiam torqueri poterit, vt dixi supra in 2. par. num. 23. intellige magna urgente necessitate ob bonum publicum. † Item iniquum est cogere aliquem respondere, & docere aliquem de vita, & moribus malis aliorum, l. fin. C. de accusat. & Lancellor. de Prator. §. 2. vbi plures casus ponit, de interrogatione, fol. 25. tamen ad id cogi poterit (quando habentur contra illum indicia, de cuius vita dubitatur) vt de vita, & moribus sodalis sui doceat, licebitque sumere arma de domo rei, l. edita, vbi DD. C. de eden. Item si Dominus iubet Iudici, vt nocentem libere, vel relaxet, certe dicitur hoc ius iniquum, secundum Alexand. in consil. 11. sub num. 5. vol. 1. tamen tanta posset esse excellentia, & utilitas personae huius, quod bene factum esse diceretur, vel posset huius relaxatio esse aliorum delinquentium absentium captio, & punitio, vi. infra in 4. par. sub num. 202. in fi. Item
- 250 † posset dari praemium exploratori, qui malitiose capi fecit bannitum, aut delinquentem, quemque vt dicitur, ad macellum tanquam haedum duxit, & tamen nemo ex sua malitia praemium consequitur, l. non debet, ff. de dol. Hinc dici solet Principibus proditores placere, sed proditores nunquam, qui à communiter accidentibus incidunt in malam crucem. † Item solet vni ex pluribus delinquentibus impunitas concedi (vt alij complices propalentur, vel capiantur (quamuis dolus nemini patrocinari debet,) arg. l. si quis in suo, §. fin. ff. de inoffic. testam. & cap. audiuimus, de collus. dereg. & est contra regulam quod delicta non debent remanere impunita, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. immò publice interest poenam delinquentibus non remitti, l. si operis, C. de poen. sed in oculis melius est parcere vni, vt ceteri complices puniantur, quam ignorare delinquentes, arg. l. 2. §. sed & si quis, C. de ver. iur. iudicialian. & ad effectum ne Prouincia malis impleatur hominibus, prouideri oportet, l. congruit, ff. de offic.
- 252 Praesid. † Item Iudex noster poterit iudicare per solam praesumptionem, quamuis iniquum sit, vt notat glof. in l. res haereditarias, ff. de crim. expil. haeredit. & Clar. quaestio. 20. versic. scias tamen, & ibi Add. Baiar. Item Iudex vtendo saeuitia magna, eadem culpa non adscribitur, vt in carcerando omnes suspectos, & testes, & privilegiatos, dum modò non sint Clerici, vt dixi in 2. par. num. 124. sed ex abrupto testes torqueti à saeculo non est auditum; & denegare cibum, & potum, vt in hac supra num. 58. & Tiraq. de retract. consanguin. §. 35. glof. 1. num. 6. & 20. & de retract. lignagier. §. 35. glof. 1. num. 9. cum seq. & tamen nimia saeuitia damnatur, l. praceptorum, ff. ad leg. Aquil. † Verum iniquam euidenter sententiam proferre cauendum est; Nam qua mensura menti fueritis, remetietur vobis, & nolite iudicare, & non iudicabimini, Matt. 7. not. glof. in l. rem non nouam, in ver. iudicabuntur, C. de iud. Item punire vnum pro alio ius iniquum est, Luc. de Pen. in l. 2. C. de exact. & execut. lib. 12. vbi trad. quando vniuersitas puniri possit, & an pro delictis clandestinis, D. Menoch. cas. 345. vbi ait extare talia statuta Papiae, vide Afflict. super Constitut. si damna clandestina,

- stina, num. 20. distinguere aut vniuersitas deliquit in omittendo, & punitur, l. iubemus nullam nauem, C. de Sacr. Sanct. Eccles. & de statutis contr. liber. Eccles. §. item. Quæcunque communitas. Bar. in l. aut facta, ff. de pœn. aut deliquerit in committendo, & tunc, si sono campana, & data opera, se congregauerunt vniuersi, punitur, secus si obiter euenit casus Maria. Soc. in repetitione, cap. Qualiter, & quando num. 43. de acc. alios multos alleg. Bouifac. de fur. §. animo, num. 232. cum seq. vbi vi. Et stante iure municipale villa tenetur emendare damna Anto. Scap. iur. non script. libr. 3. de Diuers. act. cap. 103. Clar. §. fin. quæstio. 82. ver. quod villa, quæ emendatio non debet fieri per capita Domorum, sed pro modo patrimonij, l. 1. C. de mu. patr. lib. 12. & ita tenet Gand. de malef. in Rubr. De aliq. quæst. var. sub num. 8. Anca. conf. 156. Aret. conf. 165. Oldr. conf. 315. Cachera. decif. 79. & 88. per tot. vbi num. 27. ait ienes, mulieres, pupillos, & absentes posse puniri, vide quæ dixi in materia saluaguardiæ nu. 269. & alibi par. 2. & tamen quandoque alter pro altero punitur de hac re per Farinac. de delict. & pœn. quæst. 24. num. 150.
- 254 vsque ad num. 160. † vbi incipit tractare, an statuta pœnalia comprehendant forenses, & prolixius vsque ad fin. d. quæst. 24. Hinc est quod pater tenetur pro filio, dominus pro famulo, vel animali, communitas pro damno dato, Dec. in l. culpa caret, numero 2. de reg. iur. Propinqui pro propinquo bannito contra regulam, quod pœna debet sequi suos auctores, l. sancimus, cum simil. de pœn. l. non debet, de reg. iur. & iniquum est, quod quis odio alterius
- 255 grauetur, vulg. iurib. † Item poterit ius vniuersi dare alteri, Grammat. conf. 8. num. 8. quamuis manum regiam neminem spoliare dicit Boer. decif. 467. numero 9. intellige ex iusta causa. Item ius iniquum est auferre defensiones iuris, tamen de facto facinorosus delinquentibus denegantur ante torturam, vt supra per tot. hanc par. & postea angustiantur defensiones. Est etiam iniquum prohibere defensiones facti, quod est prohibere ne quis de facto defendatur, vt in materia resistentiæ dixi in 2. par. num. 57. cum mult. seq. & in statu Sereniss. magni Ducis Aetruæ Domini mei † est prohibita intromissio inter rixantes, etiam causa eos segregandi, sicuti vsus armorum etiam non prohibitorum prohibitus est, quæ nec itinerando ferri possunt, nisi à militibus, & ab alijs ex priuilegio, sed optima ratione dicta segregatio est prohibita, ne sub prætextu segregandi fiant vniones, & squadriæ, ex quibus superchiaræ nascuntur; Sed aduerte, quod insultati, seu prouocati quando sunt plures simul, non habet locum lex de intrusis, seu intromissis, secus si plures insultant: ita disponit lex Ducalis de anno 1569. Qua de re si quis insultat alicui in domo sua, etiam fratres ibidem existentes dicuntur insultati, & participant de offensa, l. lex Cornelia, de iniur. Tiraq. in tract. de pœn. caus. §. 1. num. 88. Menoch. de arb. cas. 161. & 262. quod in alijs casibus forte locum non haberet. Et intromissio de iure (tanquam exorbitans prohibitio) locum non deberet habere quando fit sine armis, vel quando operatione sequatur malum, vel quando casu si intromisit, & si erat coniunctus, coniunctum retinuit à malo, nec quando post sedatam rixam adiuuauit vulneranti associando in Barbitonforiam, uel in alio domo, vt mederi posset, alioquin impium esset non auertere malo cum quis possit, & pati de bono opere (cessatque) hoc constito: ratio finalis, d. legis, ergo cessat dispositio cap. cum cessante de app. & vbi æquitas suadet, rigor cessat, cap. in pœn. libus, de reg. iur. & leges facti ad conseruationem, non debent contrarium operari, l. adigere, §. quamuis vbi Bar. & alij, de iur. patr. vi. Caualea. De-
- 257 cif. 28. par. §. in hoc prop. † Item potest Iudex non ster instantiam prorogare, & decidere contra casus rigorosos, Ias. in d. §. in bonafidei, per DD. quos allegat. Instit. de act. multa alia potest facere Iudex magnæ authoritatis, quæ posui in 1. par. cit. fin.
- 258 † Præterea est res iniqua, vt in pœnis pecuniarijs quis torqueatur, cum qualibet pœna corporalis etiam leuis sit maior pœna pecuniaria (quamuis forte auari aliqui, & cupidi aliter sentiant,) Crauet. conf. 137. num. 11. quem refert Bertazol. conf. 215. numero 7. lib. 1. & generaliter quod non sit deueniendum ad torturam in pœnis pecuniarijs, tradit Farinac. de indic. & tor. quæst. 42. num. 14. cum ibi per eum adduc. Clar. d. quæstio. 64. ver. præterea, & ibi add. Bajar. tamen supra dixi num. 165. posse quem torqueri hac ratione, & quando de iure communi pœna esset corporalis, vt ea, quæ blasphemo imponitur, & de iure statutario conuersa est in pœnam pecuniariam, nihilominus non potest inferri tortura,
- 259 Fab. à Monteleo. præct. arb. 3. par. quæst. 6. † quoniam subrogatum assumit naturam subrogati, l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis cautio. licet alij teneant, quod idem in causa blasphemie possit deueniri ad torturam, quando pœna est perforatio lingue, quæ res non habet contradictorem, nos loquimur, quando pœna est pecuniaria, & idem in delictis semper causa, & origo attenditur, ar. l. 3. C. manda. vbi per illum textum non attenditur factum à seruo, cuius contemplatione fecisse dicatur, sed origo iussus Domini. Hinc Bald. in l. si eum, ff. si quis cautio. tradit regulam, quæ omnibus casibus deseruit,
- 260 in quibus † pœna, quæ de iure erat corporalis per statuta, vel per consuetudinem effecta est pecuniaria, quod hæc pœna debeat appellari corporalis, & sapit naturam pœnæ corporalis, & in pœnis augmentum, vel diminutio non mutat naturam delictorum; Afflict. in constitut. in verb. iustitiarj, numero 18. & idem in procedendo attenditur qualitas delicti, & non accidens pœnæ commutatæ à iure municipali, arg. l. 1. C. de condit. ob cau. Felyn. in cap. 1. de calum. vbi contra Bald. in l. 3. C. de ser. fug. dicit, quod qualitas delicti iudicatur à qualitate pœnæ. Verum apud supremos Iudices de consuetudine
- A etiam in leuibus delictis, & pœnis pecuniarijs ad torturam deuenitur. Paul. Ghirlan. de quæst. & tort. quæst. 5. num. 2. & seq. & Alber. in l. edictum, num. 4. ff. eod. quos cum alijs adducit D. Farinac. vir magnæ eruditionis, & lectionis, d. quæst. 42. num. 19. 40. 41. sed hoc procedit bis præcipue concurrentibus quinque considerationibus, quarum prima est, vt de delicto agatur, per quod affertur damnum publico, vel principis ærario, vt in fraudantibus vectigal, annonam, sal, plagiarijs, & huiusmodi, vt tor. tit. de public. iud. tit. de plagiar. tit. de fraud. anno. secunda, vt adsint indicia ad torturam sufficientia, de quibus
- B supra num. 6. 73. & 136. Hinc dicit Bald. in l. si quis post, ff. de testam. quod quando reus est indiciatus ad torturam, etiam si agatur de pœna pecuniaria, non est relaxandus, & Farinac. d. quæst. 3. num. 38. Tertia, vt persona sit vilis conditionis, & non honesta vita, sed hoc est arbitrarium, DD. in l. in seruorum, ff. de quæst. Nec vim facio, an sit natus sanguine nobili, si vitijs suam denigrat nobilitatem. Nam qui turpiter delinquit non honestæ vitæ, & vilis reputatur, per ea, quæ dixi in 4. par. num. 55. & in præct. de test. par. 5. num. 101. & 102. & vide DD. adductos à Farinacio d. quæst. 42. num. 25. Quarta consideratio erit, quod iudicium criminaliter agatur, & non ciuiler, vt infra num. 267. Quinta, & vltima, quod tortura sit leuis, & modica: nam modica tortura non dicitur tortura, & ad mensuram delicti, & pœnæ regulanda est, vt supra num. 54. & seq. & infra nu. 266.

Nam delictum reputatur maius, vel minus secundum qualitatem pena, & pena pecuniaria potest esse adeo grauis etiam pro delicto contra priuatum, vt tortura locus esset. Sed Paul. Ghrl. de quest. & tor. qu. 7. ait, 261 ¶ quod in causis mixtus datur tortura, vnde si ex iudicio ciuili emergat falsitas, tunc potest tortura adhiberi, & quia dixi, quod in delictis attenditur eorum qualitas, hoc verum in procedendo, sed in iudicando attenditur id, quod aequitati magis congruit, l. semper, & lex in penalibus, de reg. iur. Bald. in l. 1. C. an seruus ex fact. suo, & c. qui dicit, ¶ quod in delictis attenditur status personae mutatio; vnde si post delictum quis incipit esse melioris, vel deterioris status pro qualitate noui status pena moderatur, non attendit prioris status, l. moris, & in l. pen. ff. de pen. & quid quoad agendum vide text. l. si quis postea, vbi Bal. ff. de iudic. Vincen. Franc. decisio. 384. p. 2. Petr. Caball. cas. crim. 147. & in bannito postea facto Clerico Caualean. decisio. 11. in 5. par. Farinac. de inquisit. questio. 8. nume. 104. cum mult. sequen. & post diffamationem mutatio status in fraudem praesumitur: idem post accusationem, vel inquisitionem, multo magis post condemnationem, Farinac. d. questio. 8. num. 110. Bart. Bal. & alij in d. l. si quis postea, de iudic. & mutatio status personae multa operatur, vt per Marf. de fide iur. num. 110. cum seq.

Primò. Quòd fidei iuror de iudicio listi liberatur ob mutationem in status principalis, Car. elem. 1. qu. 9. de cens. & per eundem Marf. num. 112. Mutatio status quid operatur.

Secundò. Quòd pater, qui ex forma legis tenetur pro filio, eo suo iuris effecto, non tenetur, l. si filij, de aut. & rat. dist. 1. ne potest eum vendere effectum Clericum, nec exheredare; Marf. num. 116. & 120.

Tertio. Debitur potest conueniri in loco contractus, fallit si mutat domicilium, & personae statum, B. in l. quisquis, C. de Epis. & Cler.

Quarto. Potestas tenetur pro famulo, fallit si famulus banniatur, Bald. ad Spec. in tit. de accus. §. vlt. ver. sed quid si familiaris.

Quinto. Laicus effectus post delictum Clericus, non potest à laico iudicari, nisi in fraudem, Bar. in l. 1. ff. de pen.

Sexto. Priuilegium concessum familiae, mulier amittit postquam est nupta, DD. in d. l. cum quadam puella, vbi Ro. de iur. om. iud.

Septimò. Paganus qui deliquit, & ita accusatus de crimine, si deinde miles effectus sit, non potest à primo iudice agi, sed coram iudice secundò, l. qui cum vno, §. reus, ff. de rel. Marf. d. rub. de fidei iur. ante nu. 114. D. Petr. Caball. cas. crim. 147.

Octauò. Dignitas superueniens eximit à patria potestate, §. filius familias. Instit. quib. mod. patr. pot. sol. Marf. vbi supra nu. 114.

Nonò. Mutatio loci, vt si laicus, qui extra Ecclesiam deliquit, fugiat ad Ecclesiam, Marf. ibidem nu. 114. tor. tit. de ijs, qui ad Eccles. confug.

Decimò. Sacerdotium superueniens tollit munus publicum iam iniunctum, & compromissum iam factum, num. 115.

Vndecimò. Filius ob mutationem status si efficiatur Clericus, exit à potestate patris, non potest ex causa ingratitudinis exheredari, non potest vendi, potest comparere in iudicio sine consensu patris, cap. fin. in fin. de iud. Marf. num. 117. & 118. vbi non tenetur capere malefactorem, nec stare rigori statutorum in materia contractuum, nec iudiciorum, nume. 119. nec subiacet penis crimin. Marell. glo. in c. satis peruersum, §. distinctio. Marf. nume. 120. potest rogare testamentum, in quo pater sit haeres institutus, Barto. consil. 61. incip. filius fam. presbyte. Marf. numero 122. Item acquirit sibi non patri, ibidem

item spurius efficitur legitimus per ingressum Religionis, Marf. nume. 123. potest esse testis pro fratre. Imol. in cap. cum R. de offic. deleg. infamia cessat & tollitur, Mar. num. 125. non tenetur conferre liberos à patre habitos, las. in l. filia, 2. col. C. de collat. non potest poni ad torturam si habet indicia sufficientia contra se, nisi etiam sit infamis, Marf. num. 126.

A Quibus accedit quod si minor in minori aetate deliquerit, & ante sententiam effectus sit maior, nihilominus non poterit puniri tanquam maior, glo. in l. sciant cum si, in verb. moritur, C. de legit. hare. Clar. quest. 60. vers. sed nunquid, Marf. in l. infans, num. 13. ad leg. Corn. de scar. Verum tamen idem Bald. melius distinguendo in d. l. 1. ait, aut est status omnino nouus, aut inerat tempore veteris delicti; primo casu variatur pena ob mutationem: secundo casu nò,

263 deinde subdit ¶ quod in delictis priuatis non attenditur status mutatio, ex quo iudex habet penas praefixas, sed sic in delictis publicis, in quibus summum arbitrium datur, l. hodie, ff. de pen. tunc attenditur aequitas, deinde melius distinguendo, inquit, aut loqui mur in penis taxatis, & tunc attenditur tempus delicti, aut in penis taxandis tempore rei iudicatae, & statur arbitrio suo; et demum aliam distinctionem ponit, aut pena arbitraria est imponenda propter delictum tantum, verbi gratia, dicit statutum, quod occidens occidatur, & tunc attenditur tempus delicti, nò obstante mutatione status, aut pena est mixta ratione apponenda, videlicet respectu delicti, & eius qualitatis, vel personae delinquentis, & tunc inspicitur te

264 pus sententia, vt per exemplum ¶ statutum dicit, quod si forensis offenderit ciuem multò plus puniatur, & Mantua extat decretum, quod si quis Hebraei offenderit, maiori pena afficiatur; modo forensis est effectus ciuis, tunc punitur tanquam forensis (quamuis hoc exemplum non careat difficultate) quia delinquens in ciuem, dum pendet criminalitas, non solum fieri ciuis, argum. l. auxilium, in fin. ff. de minor. & multo minus in quibusdam ciuitatibus, in quibus contra forenses, tanquam contra canem externum, ciuium canes latrant omnes circueutes externum illum canem, quini mo cuncti tabernarij, & opifices sibilis, manibus, & pedibus, forcipicibus, atque malleis perstrepunt, & clamant, dalli, dalli, che egli è forastiero; alij lapides iniiciunt, & abscedunt brachiù; alij sub praetextu defendendi forenses sub pallio, patrem pedibus valenter calcant, & pulsant; alij sub zelo charitatis laudant illum, sed mixtum vni in omni lingua proximum indebitè afficiunt, & miser canis nescit quo se vertat, & à quo se tueatur, sic illis contingit longè à patria absentibus, à ciuibus molestari, sed longè aliud diuina lex praecipit, Ex. 22. Aduenam non contristabis, neque affliges eum, aduenam enim, & ipsi fuistis in terra Aegypti, & c.

265 Modo ad rem, vnius qualitas aggrauat alterum, puta mandantem, ob factum & excessum mandatarij, vt in terminis scribit Decia. tracta. crim. lib. 9. tit. de pen. cap. 39. tom. 2. at qualitate inharente delicto respectu personae, in quam delinquitur, vt contra personam priuilegiatam, vel tempore noctis, vel in locis priuilegiatis, videlicet in Ecclesia, in palatio

266 Principis, aut iustitiae, vel in publica platea, ¶ quae loca regulariter sunt reseruata; iudex in arbitrarijs id quod publicè interest iudicabit, quae omnia sunt notanda, quoniam non inueniuntur; ita passim in omnibus practicarum libris.

267 ¶ Quero etiam nunquid in causis ciuilibus possit tortura inferri? & resoluue dico, quod non, nisi quado causa turpitudinem contineret, vel si crimen non leue causae ciuili esset annexum, Farinac. de indic. & tor. q. 42. nu. 33. & 34. aliud exemplum in negante depoluit, vt supra nu. 165. & 166. aut si ob aliquod delictum

- delictum ciuilitur ageretur, & in causa damni iniuriarum, Clar. q. 1. ver. tertius est casus, & quando de falso ciuilitur ageretur, & contra mercatores, qui bonis suis cesserunt, vel quando aliter veritas haberi non potest, & causa ciuilitis magna aequiparatur criminali, vide quae dixi in pract. de test. par. 1. nu. 33. par. 2. nu. 196. & par. 4. nu. 150. 151. & seq. & Put. plura exempla tradit. in ver. tortus c. 5. Bart. & Alex. in l. Ducus. ff. de quaest. Dd. in cap. 1. deposit. in l. ex libero, eod. tit. Menoch. de arb. cas. 265. Viui. co. op. 172. num. 3. vo. 1. Masc. de probat. conclus. 463. Io seph. Lodouic. conclus. 71. Bertazol. conf. 399. A fin. pract. §. 1. cap. 6.
- 269 † Vltius quæro, quando sunt indicia ad torturam, & tamen reus ob infirmitatem, vel aetatem, dignitatem, aut aliud priuilegium non potest regulariter torqueri, vt per Cason. de torment. ca. 9. 10. 11. & vt supra dixi num. 124. an processus sint indeterminatè relinquendi absque expeditione causæ per absolutionem, aut per condemnationem? Et Gomez. var. resol. tit. de delict. c. 12. num. 26. mouet hæc dubitationem, ubi quærit si vnus testis de visu fide dignus, & omni exceptione maior, & similiter indicium, vel semiplena probatio diuersi generis, vel forte non adsit aliquis testis de visu, sed sint plura indicia, vel præsumptiones, an ex hoc censetur pendè probatum, vt sequi possit condemnatio ordinaria ad penam mortis, vel corporalem? & dicit quod non, per glol. sing. in ca. veniens extra de test. & per alia iura per eum adduct. secus in ciuilibus, in quibus duæ semiplenæ probationes diuersi generis coniunguntur ad faciendam plenam fidem, tex. in leg. quæro, §. si. ff. de accus. tu. à qua conclusione alia elicitur conclusio in proposito nostro, per quam præsens resoluitur quæstio.
- 270 † Pone quod inquisitus possit condemnari ex indicij & præsumptionibus, vt in casibus, de quibus per Clar. §. si. q. 20. ver. ad condemnandum, cum vers. seq. & ibi addit. vbi pœna arbitraria corporali, & non ordinaria, & pone quod quis possit torqueri ex indicij, & præsumptionibus; nunquid Iudex pro habenda veritate ab ore inquisiti debeat illum potius iubere torqueri, quàm pœna arbitraria condemnare? Et Gomez. d. c. 12. num. 26. concludit, quod si præsumptiones vel indicia sūt liquidissima, & à lege approbata, de quibus ipse Gomez. nu. 25. exempla tradidit, Iudex non debet procedere ad torturam, sed omninò definitiue condemnare in penam ordinariam delicti: si verò præsumptiones vel indicia non sunt liquidissima, nec à lege approbata, sed tantum hominis, vt exemplificauit. d. n. 25. tunc si reus accusatus est persona, quæ de iure potest torqueri, debet torqueri ut comperta veritate possit definitiue condemnari, vel absolui: nam si absque tortura condemnatur vel absolueretur, vtroque modo iniustus esset, quia indicia non sunt ad cõdemnandũ sufficientia, nec illis statibus reus est expurgatus ita, vt debeat absolui, sed vt causã indecisã non remaneat, debet per questionem resolui; Si verò reus est persona, quæ nõ possit vel non debeat torqueri, vt minor, senex, infirmus, prægnans, in dignitate constituti, vel alij similes priuilegiati, vt dixi supra numer. 124. & facit Grammat. vot. 15. num. 15. tunc ex illis indicij, & præsumptionibus potest reus condemnari in penam arbitrariam, pecuniariam, vel exilij, & ita expressè allegat Bald. tenere in l. fin. C. de probat. idem in l. milites, C. qui accus. non pos. q. 2. Brun. de indic. & tort. quaest. 4. in 1. par. versicul. notandum est, & Farinac. de indic. & tort. quaest. 41. in fin. & Gomez. in cap. 13. num. 28.
- 271 † Sed vt locus sit huic vltimo dicto, oportet primò vt de priuilegio constet, secundò vt casus sit val-

dè grauis & atrox, tertio vt verisimile sit non posse haberi alias probationes, & ita intelligendus Gomez. d. ca. 13. num. 28. cum ibi per eum adduct. quo casu cum certum vel alias probationes haberi non posse, non datur medium superferentia inter condemnationem vel absolutionem: secus, quando est dubiũ an alia indicia inueniri possint, quia durante spe datur medium, & ita procedent quæ in princ. d. num. 28. Gomez. dicit, & ijs conferunt, quæ in seq. 4. par. dicam.

Verum prædicta conclusio locum non habet stãte autoritate Brachij Regij, per quam nemo priuilegiatus est exclusus à tortura, modò non sit Clericus, (vt dixi) sed in personis inhabilibus ob aetatem, infirmitatem, vel aliter omninò seruanda est pœna sãni extraordinaria, secus in alijs priuilegiatis, sūt qui & robusti, tamen hoc est arbitrium Iudici nostro.

Hic fortè possit insisti ab aliquo perspicacis ingenij, nempe quod esset protestatione utendum, de qua sup. num. 14. videlicet citra præiudicium conuicti, & adhibere torturam cum tali protestatione, unde si fateretur possit condemnari in penam ordinariã, si negaret, non effugeret pœnam hanc extraordinariã; sed facilis est responsio, quoniam non est conuictus per talia indicia, ergo vana esset protestatio, & in alternatiuis alterũ de duobus sine adiectione vel diminutione, sed specificè adimplendum est, vt in c. in alternatiuis, de reg. iur. in 6. cum simil. Felyn. in c. inter ceteras, de rescript.

273 † Et quoniam tortura illata est casus irreparabilis, vt dixi n. 1. & alibi, & Iudex noster, qui talem ac tam autoritatem torquendi habet, forte est in opinionem hominis seueri, quæro an huius timore possit allegari suspectus & uti suspectus recusari? & dicitur quod sic, sed oportet, vt prius liqueat de legitima & vera causa, ant. quam remoueat, vt per Carauit. super rit. re. ritu 265. quæ refert Baia. ad Clar. q. 43. n.

274 19. vbi ait, quod quicquid sit quoad Iudicem ordinatum, qui solo iuramento potest recusari & impedire, ne ad vltiora procedatur recusatione pendente, de qua Lancel. tract. de attempta in verb. Iudex, & in verb. sententia, & in c. 6. nu. 5. par. 2. & Niger. super constit. Regn. c. 217. Menoch. de arb. Iud. q. 54. tamen non sic quoad Iudicem nostrum, nisi prius dicta legitima causa reuocationis, constiterit, recusatio nõ impedit processum ad vltiora, sicut de appellatione non erit curandum vt infra dicitur.

275 † Sed Princeps ipse cognoscat de causis suspicionis, deductis contra Iudicem nostrum, quas si iustas esse compertit, Iudicem remouebit, Fab. à Monteleo in sua pract. arb. vers. qui iuste, vt suspecti remoueri possunt, par. 1. fol. mihi 47. & de causis suspicionis vide Marant. pract. in 1. par. & D. Caua. de. cis. 28. 2. par. latè dicam infra nu. 312.

Modò quia humanum est peccare, & diabolicum perseverare, ut ait D. Bern. infer. de aduentu; curabit Iudex noster potius suum corrigere errorem in tempore, quàm extra tempus, quando penitere non valet iux. c. veritat. s. de dol. & contu. Vant. de nullit. an qualibet sent. n. 25. vbi infert ad dominos terrarum,

276 de hac re dixi in 1. part. † quia iniuriam legibus scere dicitur, qui vult se meliorem videri, quàm ipse leges, vt inquit Rol. à Val. cõf. 12. n. 79. vo. 3. hinc est quod licet Iudex noster non sit legibus obligatus, tamẽ debet seruare legem, quãdo lex sufficienter prouidet, sed aduertere quod non dicitur fieri contra legem quando ex causa receditur à regulis iuris per ea, quæ trad. scrib. in leg. 1. de reg. iur. & dixi in 1. par. nu. 23. 123. & 124. quia fit quod à iure permittitur, quod ex causa recedi possit à regulis iuris communis, & ordinarijs. gl. in cap. non debet, de consang. leg. de aetate, §. quod autem, de interrog. act. Dec. consil.

274. viso volu. 2. & semota iusta causa Iudex noster quoque seruabit statuta præsertim à Principe confirmata, Bertaz. consil. 345. num. 4. vol. 2. nisi vt alias dixi, liberum arbitrium datum sit cum clausulis derogatorijs, de quibus sup. in 1. p. locutus sum. Nam in arbitrio Iudicis est facti quæstio: poenæ verò persecutio legis authoritati reseruat, Tiraq. de poen. temp. num. 2.

277. † Nunc de vi exculpationis tractare oportet, cū per exculpationem quandoque exonerentur rei dif famati in tortura, & quandoque etiam condemnati; & exculpatio est duplex, explicita & implicita, ut apud Farinac. de indic. & tor. q. 46. num. 106. ubi ait explicitam exculpationem nuncupari, quando vulneratus seu aliter offensus dicit expressè se non fuisse offensum ab aliquo, puta à Titio; Implicitam verò exculpationem esse, quando plures dicuntur fuisse delinquentes, & tamen non omnes sunt inculpati, sed vnus aut duo ex eis tantum, & hoc modo vnus inclusione alij cõsẽtur exclusi, per l. 2. ff. de iud. cõ cor. & de hac secũda specie videtur loqui Bursat. alle. a. d. Farin. in consil. 20. incip. Gaspar. Landinella num. 38. vol. 1. vbi in pluribus mandatarijs loquitur, quorum duo tantum fũere nominati, & ibi Dd. cõ cor. adducit.

278. † Verum exculpatio explicita secũs fert plurimum dubitationis, & sæpe numero iudicium elusorium reddit, & Iudicem ambiguum, cum sæpe fit quod offensus, tum ob amicorum perfrustationes, vel aliorum præmia, aut promissiones, vel ob metum, ipsi aliud in ore, aliud in corde habeant ad instar simulatorum, qua de re occultè credendum est, & cõsiderandum an verisimilis sit eiusmodi exculpatio, hocque refidet ex arbitrio Iudicis, Clar. §. fin. q. 52. ver. potest, Farinac. de indic. & tor. quæst. 46. n. 118. & D. Menoch. de præsum. lib. 1. præsum. 90. n. 3. sed in exculpatione implicita laborandum, quoniam ignorantia offensus, & parum sæpe perturbatio animi timore, aut ira offensus impedit animum aggressi, ne possit cernere verum, vt habet commune dictum nomine Catonis prolatum; nam aggressus à pluribus curat se defendere ab vno, vel à duobus, ad quos animum habet, & de alijs minimè recordatur, quod fit ut ceteri per taciturnitatem offensus non dicantur exculpati, per reg. qui tacet de reg. iur. & Mascar. d. con. el. 1135. in fin. ait in præposito, quod occurrente casu quod plures essent inquisiti, & offensus excusaret ex eis aliquem, non propter hoc censentur magis grauati, ex Bursat. consil. 239. incip. breuis ero in resolutione, n. 39. † vbi dicit, quod nec exculpatio vnus facta ab offenso aggrauat alios eo quod cõtra alios ei non creditur, nec secũdum alios ad inquirendum, sed solum in eorum exculpationem, per glo. in l. mater. C. de calumniat. & per alios quos ibi adducit, & ita de iure & de practica esse criminalitatum ait. In super est notandum quod exculpatio implicita etiã dicitur quando quis querelauit, & postea prosecutio nem reliquit, dato † quod virtute statutorum, vt in ciuitate Genua, sua rubrica, chi dà notizia, d. accusa dia sicurã c. 8. lib. stat. cum assistere cogatur, vbi in meo manuali additionem feci, quando Iudex ex officio procederet qualiter illud statutum sit intelligendum, & allegauit Clar. §. fin. q. 62. ver. sed & nun quid, & Marfil. in sua pract. §. superest per tot. & vide Ang. malef. in ver. ad querelam, & dixi an per il lud statutum accusator, qui semiplenè probauit, te neatur tanquam calumniator ad expensis; & allegauit las. consil. 2. & 3. lib. 1. & Crauet. con. 178. li. 1. vbi quando reus purgauit iudicia per tortura, per hoc accusator non est condemnandus in expensis, D. Menoch. de arb. cas. 177. num. 9. & cas. 321. & nu. 17. & quid si fuerit absolutus cum illa clausula rebus

sic stantibus, & per Clar. q. 57. ver. sed hic quero, & ibi add. & q. 62. ver. sed nunquid, & ibidem ad di. 281. cum statutum † quæsi nunquid instigator seu sollicitator, qui non habent mandatum, teneantur tanquam calumniatores, super hoc vide Decia. cõf. 18. num. 6. vol. 1. Marf. pract. in §. superest, num. 4. & Clar. §. fin. q. 10. ver. quero nunquid, vbi tractat etiã de D. Aduocato & Procuratore fiscali, & de Perla. Sollicitatore fiscali, contra quos est tex. in l. vniuersi, C. vbi causa fiscal. & Grammat. decis. 60. num. 21. tamen in pract. non seruatur, vide Boer. decis. 224. sed fiscus nullas dat nec recipit expensas, l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Columb. tract. de mo. proce. in controuers. cum art. 138. & Peregr. de iur. fisc. lib. 7. tit. 4. de sent. ad ver. fisc.

282. Sed redeundo ad exculpationem, † dico etiam exculpationem implicitam esse quando fit desistentia, expressè, quæ magis sapit naturam reuocationis, quam exculpationis, & hæc prodest quoad interesse tantum offensus, non propterea tollit processum de iure communi, per l. libellorum, vbi Dd. ff. de accusat. & in l. 2. C. de abolit. & Dec. in l. edita. C. de edẽ. & Boss. in tit. de accusatione, sub nu. 14. & 15. Cano. in c. licet Heli. ext. de accus. nisi aliter de iure statuario caueatur, nam in multis locis, & in quibusdam casibus desistentia, pax, remissio, aut reuocatio offensus, item confessio delinquentis tollunt totum, aut partem processus, vt Papix, † & alibi, intellige vt supra num. 203. & infra num. 290. & in §. par. num. 48. vbi plura congr. ssi. Et ad cognoscendum, an exculpatio prodest, aduerte an cum ea & pro ea concurrant maiores præsumptiones & verisimilitudines, quàm in inculpatione, & tunc prodest, sin minus, tunc non prodest, at in dubio, & cum hinc & inde sint paræ præsumptiones, tunc pro reo iudicandum est, l. fauorabiliores, de reg. iur. & per DD. supra allegat. Menoch. de præsum. pt. lib. 1. præsum. pt. 90. & Blanc. in sua pract. ver. ijs permissis, in primo Farinac. d. quæst. 43. & 46. Mascard. conclusio. 1135. Præterea exculpatio fit aut inter viuos, aut in articulo mortis, & fit ab offenso, vel ab eius propinquis, aut à tutoribus seu curatoribus offensus minoris, quandoque exculpatio fit à socijs criminis, quandoque à testibus, & de ijs in practica nonnullas conclusiones breuiter & resolutiue ponam.

283. † Prima igitur fit conclusio, quod exculpatio offensus existentis in articulo mortis regulariter tollit omnia iudicia, ita, vt reus nedum non possit condemnari, sed nec etiam torqueri, Bart. in l. 1. §. si quis mouens, ff. ad Syllan. Clar. §. fin. quæst. 53. ver. potest etiam. Mar. pract. §. restat, numer. 17. Blanc. pract. 1. par. defensionum, num. 132. fol. mihi 872. Grammat. vol. 3. latè Mascard. de probat. conclusio. 1135. Farinac. de indic. & tor. quæst. 46. num. 104. & Caret. in sua pract. circa excusationem, ver. 17. fol. mihi 189. hoc primò limitat, nisi de delicto contra inculpatum essent claræ & liquida probationes, quia exculpatio non prodest, na intelligendus Grammat. consil. crim. 70. num. 5. sic sentiunt supradicti Doctores, & præcipue Clar. d. ver. non potest, vbi declarat locum habere, quando res est dubia, l. non hoc, C. un. cog. Bursat. d. consil. 20. Cef. Landin. num. 39. Farinac. d. quæst. 46. num. 115. & quæst. 43. num. 17. & 18. & hæc exculpatio repellit hæredes ab accusando, Gand. in tit. de transact. & pac. num. 16. Baiar. sequitur ad Clar. & Decia. de delict. tit. de transact. num. 62. tom. 1.

284. † Secundo limita, quia etiam si iudicia non essent tam liquida & clara, sed tantum urgentia, possit reus inculpatus, non obstante tali exculpatione torqueri, Couarru. var. resolut. lib. 2. cap. 18. numero 8. Menoch. lib. 1. præsumption. 4. numero 10.

279. tione, n. 39. † vbi dicit, quod nec exculpatio vnus facta ab offenso aggrauat alios eo quod cõtra alios ei non creditur, nec secũdum alios ad inquirendum, sed solum in eorum exculpationem, per glo. in l. mater. C. de calumniat. & per alios quos ibi adducit, & ita de iure & de practica esse criminalitatum ait. In super est notandum quod exculpatio implicita etiã dicitur quando quis querelauit, & postea prosecutio nem reliquit, dato † quod virtute statutorum, vt in ciuitate Genua, sua rubrica, chi dà notizia, d. accusa dia sicurã c. 8. lib. stat. cum assistere cogatur, vbi in meo manuali additionem feci, quando Iudex ex officio procederet qualiter illud statutum sit intelligendum, & allegauit Clar. §. fin. q. 62. ver. sed & nun quid, & Marfil. in sua pract. §. superest per tot. & vide Ang. malef. in ver. ad querelam, & dixi an per il lud statutum accusator, qui semiplenè probauit, te neatur tanquam calumniator ad expensis; & allegauit las. consil. 2. & 3. lib. 1. & Crauet. con. 178. li. 1. vbi quando reus purgauit iudicia per tortura, per hoc accusator non est condemnandus in expensis, D. Menoch. de arb. cas. 177. num. 9. & cas. 321. & nu. 17. & quid si fuerit absolutus cum illa clausula rebus

- ro 10. Vulpell. conf. 225. num. 27. Farinac. d. quaest. 46. nume. 113.
- 285 † Tertiò limita, quando exculpatio non esset verisimilis, quia hoc in casu non prodest, Clar. d. q. 53. vers. potest etiam, Farinac. q. 43. num. 118. de indic. & tor. Farin. q. 46. num. 118. Mascard. d. concl. 1135. num. 9. & statut arbitrio Iudicis, vt supra dixi num. 277.
- 286 † Cessantibus autem ijs tribus limitationibus regula supradicta est vera, quamuis ille, qui est in articulo mortis, praesumitur dicere veritatem, cum nemo praesumat in memor salutis aeternae, l. vltima, C. ad leg. Iul. repetun. & Bald. conf. 25. incip. casus super quo. 2. vol. Marf. §. diligenter, numero 119.
- 287 † tamen separatio animae à corpore, & propinquum dubius salutis euentus, dolor & cruciatus mortis, visiones daemonum, peccatorum praeteritorum memoria, & alia valde angustiant animum, & nisi gratia Dei adsit, nescio quomodo quis possit tunc dici sanae mentis, quod facit contra rogantes testamenta, dum infirmus laborat in extremis, dicentes sanum mente & intellectu, licet corpore languentem, de quibus in l. hac consultissima, §. at cum humana fragilitas, C. qui test. fac. poss. & circa hoc Marf. in sua pract. in §. diligenter, num. 117. 118. & 119. vim facit: verum in dubio tutiorem partem tenet, & credit morientem verum dicere, & ita in dubio credendum est, vt ibi num. 118. vers. si d. contrariam, cum mult. num. seq. & num. 123. vbi ad illud quod non omnis moriens est sanctus Io. Baptista, respondet, † & propterea sancta Mater Ecclesia sacram sepulturam omnibus Christianis in dubio praestat, & male faciunt qui denegant sepulturam Christianis, quando euidenter non constat mortuos esse in peccato mortali notorio, vel esse excommunicatos nominatim, aut haereticos obstinatos, & attempta magna Dei misericordia infinita, precioso Christi sanguine, & precibus & meritis Sanctorum, omnis, qui renatus est per Sacramentum Baptismi, & firmiter credit quod credit sancta Ecclesia, & alia qua signa poenitentiae antequam moreretur protulit, & si petijt sanctam confessionem, extra salutis viam mortuus non est censendus: quoniam vt ait S. Leo, nemo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est, de poen. distin. 7. c. 1. quamuis de his qui ita sero poenitent, non est multum praesumendum, quod bene exeant, ea. c. si quis positus, ad haec vide Scaccia. tract. de iud. ciuil. crim. & haeret. c. 73. per tot.
- 289 † Secunda conclusio est de socio criminis, qui dum habet laqueum ad collum alligatum, & iam est praecipitandus, exculpat suum socium verbis admodum sensatis, & ordinate dicit, qualiter ipse inculpauit Titium, & pro excusatione suae conscientiae nunc dicit se falsum dixisse; Haec inquam exculpatio prodest, habita tamen ratione supradictarum trium limitationum, nu. 287. quamuis Marf. in d. §. restat, (vbi hanc conclusionem latissime tractat) num. 12. dicat, quod quotidiana docet experientia huiusmodi reos, qui ducuntur ad mortem, cruciari timore, & dolore mortis, & quod sunt alieni ab intellectu, & non sunt compotes mentis in illo actu, videntes se statim morituros, qua de re videtur tenere quod non valet talis exculpatio, nisi inculpatio esset simplex, & non coadiuuaretur ab alijs coniecturis, quia tunc valeret exculpatio, sed dico quod si tantum adsit contra reum inculpatio socij criminis, haec quamuis non sit sublata, non operatur nisi indicium ad acquirendum, Clar. §. fin. q. 21. assertio vulnerati in princ. Farinac. d. q. 46. num. 24. nec est indicium sufficiens ad torturam nisi cum tortura, vt dixi de test. par. 4. num. 68. & in hoc num. 287. ita vt parum profit dicta exculpatio, difficultas est quado cum inculpatione extant etiam aliqua indicia, qua nunquid sint sublata per exculpationem? & in hoc casu est attendenda qualitas exculpantis, & inuestigandum an dictus moriens tum in carcere, tum in confortatorio idem dixerit valenter & liberè, & demum cum iam ad furcam venit instanter protestatus sit, & libenter supplicium mortis se suscipere cum auxilio diuino, & ijs concurrentibus tenendū est eum veritatem dixisse, facit Farinac. d. q. 46. nu. 70. & 71. sed si non oribundus stat durus seu obstinatus in confortatorio, & dum ad patibulum mortis ducitur, equidem videtur se esse insanus, & quasi desperans de sua salute, & tunc propinqui reus, qui sunt potentes & versuti, facile subornare illum facere potuerunt, vt aduertit Marf. in d. §. restat. num. 13. tunc parum est ei hoc in casu credendum, qua de re etiam post talem exculpationem esset diligenter inuestigandum de veritate huiusmodi exculpationis, & circa hanc materiam est videndus Bertazol. conf. 246. & ibi Add. lit. A. & obserua supradictas tres limitationes, quia non errabis, &c.
- 290 † Tertia est conclusio, exculpatio offensus inter viuos facta post querelam ab eo porrectam non prodest (stantibus alijs indicijs coadiuuantibus dictam inculpationem) quia praesumitur in fraudem fieri, vel aliter, vt supra praemonui nu. 285. praecipue non docto de errore, vt in simili de confessione dicitur supra 135. & seq. num. 289. cum seq. facit tex. in l. qui falsum, de testi. Boss. tit. de oppos. contr. test. num. 1. & in tit. de confes. num. 59. & hos & alios alleg. Farinac. quaest. 46. num. 109. & 110. secus si prius non inculpasset, & res dubia esset, Clar. d. quaest. 53. vers. non potest, Olsac. Pedem. decr. 79. num. 19. in fin. & seq. sublimita nisi euidenter dicta exculpatio affectata appareret, arg. §. tria onera tutelarum. Instit. de excusat. tut. vel curat. quia non esset credendum excusanti, & ideo si pro excusatione concurrunt coniectura, & praesumptiones illae aggrauant inculpationem, quando pro inculpatione non adiunt praesumptiones, Menoch. dict. lib. 1. praesumption. 90. vide tamen Crauet. contil. 6. numero 64. qui cum Bald. in dict. l. cir. fin. C. commun. de leg. 291 † ait, quod exculpatio vulnerati, qui prius inculpauerat, disgrauiat inculpationem, ita vt non possit torqueri, licet alia praecedant legitima indicia ad torquendum; sed veritas est, prout supra dixi, & in hoc proposito † notandum, quod accusatori non licet pecuniam accipere pro delictentia, l. ab accusatore, ff. ad Turpill. nisi vbi agitur de redemptione sanguinis, l. 1. ff. de reb. eorum, Bald. in l. tranligere, num. 4. C. de transact. vbi in prohibitis transigere accusatus dans aliquid pro delictentia habetur pro contello, d. l. ab accusatore, facit tex. in l. i. vnus, & in i. vnus ff. de pac. Sed pone, quod offensus qui iniuriam in foro poli remiserat, & offendens fuerat absolutus eo, quia non probatum an offensus possit in foro torqueri ante, vel post absolutionem acculare offendente, videtur quod sic temoto animo vindicandi, vt per Couarr. var. resol. lib. 2. ca. 10. num. 7. verumtamen, est res periculosa, quia non iustitiam abstinere à malo nisi fiat bonum, et qui remittit in foro poli, debet de corde dimittere ac si nunquam ab eo offensus fuisset, et quis est hic qui accusat ob offensam sine animo vindicandi et nisi ille qui ratione officij, vt Iudicis, qui tenetur denuntiare.
- 293 † Quarta conclusio, quod exculpatio socij criminis (qui prius alium in socium cum eo delinquentem nominauerat) inter viuos non valet contestatione litis iam facta, cum alijs adminiculis concurrentibus, vt inquit Ang. conf. 308. nu. 5. Farinac. d. quaest. 46. nu. 74. nec est quaerendum an exculpatio

culpatio sit verisimilis, vel non, quia si inculpatio est verisimilis, satis est, si verò inculpatio non est verisimilis, parum officit, & frustratoria est exculpatio, quæ nihil releuat, l. 3. ff. quando dies leg. ced. l. non oportet, de leg. 2. & si inculpatio coadiuaretur aliquibus adminiculis, & socius conscientia motus exculparet socium reddendo talem rationem, per quam Iudex moueri potest ad credendum socio exculpanti, tunc ista exculpatio eneruat taliter, vt non possit inculpatus alio non constituto torqueri, vt per Farinac. & Dd. quos supra allegat. q. 46. sub nu. 72. & 73. Verum cum experientia sit rerum magistra, quot pessimi homines inveniuntur, qui adeò coloratè alium inculpat, vt verisimilis videatur nominatio socij criminis, & postea penitentia ducti exculpant, vt in delictis occultis, & nocturnis, in quibus vt plurimum etiam Iudices vagantur in tenebris, sicut in omnibus alijs delictis, quæ possunt fieri ab vno tantum, vel etiam à pluribus, & tunc in re dubia, & quando rationabiliter creditur exculpantem dicere veritatem, præcipue quando confessus est sua peccata, & sumpsit sacrosanctam Eucharistiam, vel quando nõ dubitatur de subornatione, tunc prodest talis exculpatio; item quando exculpatio est pluries ac pluries facta, & geminata prodest, Farinac. d. q. 46. num. 70. Iaf. in l. sed et si possessor, §. fin. ff. de iureiuran. quando autem offensus inculpat setaliquem ex pluribus; & inculpatus nominaret alium dicendo, se talia non fecisse, quia Titius eius socius est informatus de sua innocentia, tunc est ocu-
 294 sturas, † nam talis est astutia socij criminis delicto patrato; solent delinquentes inter se pactiõnem facere, dicentes, si tu in carcerem ductus fueris, dic vel respõde tali & tali modo, & nomina nos alios, & isto casu præuenti, si vocentur ad testimonium, perhibendum destruunt vt plurimum intentionem fisci, vt supra num. 190. & cautela est vt Iudices se informet semper cum quibus inculpatus erat solitus conuersari, cuius professionis, an vagabundi, aut malæ famæ, & conditionis, & ijs nulla fides est danda, l. 3. de test. sed si dicatur hunc non posse dici socium criminis, cum non fuerit delatus tanquam talis, nihilominus si sumus in casibus, in quibus delictum non potest fieri nisi cum alijs socijs, nec verisimile est aliter fieri potuisse, tunc iste ab inculpato nominatus non caret suspitione, quia cum eo conuersabatur, & talis non benè audiebat apud populum; cæterum si socius ex officio examinatus confocium exculpauerit, tunc prodest exculpatio, Farinac. in d. q. 43. num. 12. & 13. vbi dat duo exempla de socio, qui primò inculpauerat alium, & postea exculpat, secundo modo de eo socio, qui iam de delicto gratiam consecutus est, vel de eo qui iam condemnatus est, idem de eo qui purgauit per torturam, & exculpauit pariter confocium; nam quandoque euenit vt ex pluribus inculpatis aliqui sint carcerati,
 295 † alij absentes, contra quos prius est sequenda sententia, demum facto etiam processu contra præsentem, isti absentes se constituunt antequam sententia contumacialis transeat in rem iudicatam, & fortè antequam præsentem sint condemnati, & tunc exculpatio ad inuicem non prodest, secundum Bal. in l. quoniam liberi, num. 2. C. de test. num. 91. Boerdecif. 19. & hos cum alijs allegat Farinac. q. 43. nu. 10. sed si ex pluribus socijs, & in delicto quod solus quis facere potest, plures fuerint inculpati, & res sit dubia, vnusque culpam in seipsum assumpserit fatendo delictum, & exculpando alios, contra quos aliqua adsint indicia, tunc talis exculpatio si est verisimilis multum prodest, Bertazol. conf. 246. vbi Add. lit. A. Mascard. de prob. d. concl. 173. num. 15.

Farinac. d. q. 43. nu. 23. Cassa. in consuetu. Burgun. rub. des iustices §. 5. ver. sextus est casus. fo. 190. & 296 Bertazol. d. conf. 201. num. 147. † & quæ supra dicta sunt de socijs intelliguntur regulariter de mandatarijs, de quorum materia vide plenè Decia. trac. crim. lib. 9. c. 30. cum seq. tom. 2. & nunquid mandatario expurgato per torturam, in qua negatiuam sustinuit, vtique mandans intelligatur exculpatus; dico quòd non, constituto de mandato, glo. & Bar. in l. si quis id quod, §. fin. glo. vlt. de iur. omni. iud. & in l. si mulier, §. si seruus, ff. rer. amot. Angel. de malef. in ver. Sempronium, num. 9. ex adduct. à Decia. in d. lib. 9. tit. mandataris quando reneatur, vel exculpatur, c. 36. in fin. tom. 2. sed si adsint coniecturæ & præsumptiones pro inculpatione, tunc non prodest exculpatio per supradicta, & de mandatario ad socium criminis, & econtra valet argumentum affirmatiuè & negatiuè, Farinac. q. 44. nu. 8. cum seq. de indic. & tor. vide supra nu. 275.
 297 † Quinta conclusio, quòd inter plures inculpatos exculpatio sui ipsius, & inculpatio aliorum sibi non prodest, nec alijs nocet, Alber. de malef. de test. c. 4. num. 68. Brun. à Sol. in suis conf. criminal. num. 98. qui magis dici potest pulcher tractatus quàm consiliu, & Farinac. tit. de opp. contr. test. q. 60. nu. 19. & 20. vbi dicit, quòd si ex quatuor delinquentibus vnus tantum fuerit accusatus, quòd accusator poterit in testes contra accusatum producere alios tres socios non accusatos, sed in hoc Iudex circumspicendus erit, quia pro vno alios tres, vt in piscatione facillimè capiet pisces, &c.
 298 † Sexta conclusio erit, quòd exculpatio propinquorum offensi mortui, vel quasi mortui, plurimùm confert ad innocentiam inculpati demonstrandam, quando indicia non sunt vrgentia, Bal. in l. 1. C. cõmunia, de legat. Marc. Ant. Blanc. in sua pract. vers. verum, num. 100. fol. mihi 733. & sub num. 97. assignat rationem, quam non esse veram existimo, nã dicit, quòd res quando tenetur comparere personaliter, hoc respicit fauorem offensi, & propinquorũ, cui fauori potest renunciari, & propterea exculpationem propinquorum valere, nam constitutu personale seu reale fit principaliter propter iustitiam, & ob interesse fisci, & in consequentiam priuatorũ valeret exculpatio, quatenus ad interesse partis, non autem fisci, l. transigere, vbi Bart. Alex. & alij, C. de transact. nisi eo modo quo mox dictum fuit, & vide eundem Blanc. in sua pract. vers. ijs præmissis, in princ. & num. 133. vbi tractat, quando vna præsumptio tollit aliam; † exculpatio similiter curatoris facta cum causa, vt quia melius esse pro adulto dicar, & rationabiliter fiat, disgrauiat inculpatum quoad interesse partis, non quoad iudicium circa pœnã corporalem infligendam, Dd. in d. l. transigere, & cautela erit vt tutor vel curator cum præsentia propinquorum minoris exculpationem faciat, Cauale tuto. & curat. num. 111. sed quando dicitur damnatum datum in re, aut in persona pupilli, vel adulti, & curator constituit actorem ad prosequendam iniuriã nomine minoris, si res est dubia, & tutor vel curator rationabilem vel verisimilem exculpationem facit, tunc prodest inculpato, vt in tertia conclusio.
 300 † Septima conclusio est, quòd exculpatio testis, qui primò dixit contra reum, & postea totum contrarium dicit, in nullo prodest, Spec. de test. §. 1. vers. item quod testes, Iac. Nouell. theor. & pract. versic. crimina obiecta, num. 29. quod verificatur quando primo deposuit, & in repetitione facta, siue ex officio, siue super interrogatorijs partis aduersæ contrarium deposuit, & dixi supra de test. 4. par. num. 152. cum seq. latè Farinac. de opp. contr. test. par. 4. q. 66. num.